



L  
387

VB  
3  
18

~~6~~, 387.

ALOYSII ANTONII

V E R N E I I

*J. V. ET T. D.*

ARCHIDIACONI EBORENSIS

D E

ORTHOGRAPHIA *L.*

L A T I N A


*A D*

387

D I D A C U M

F R A T R E M

LIBER SINGULARIS.



R O M A E . C I C C I C C I .

---

Typis Generosi Salomonj in Platea Sancti Ignatii.

Superiorum Permissu.



ALOYSII ANTONII VERNEII

*f. v. & t. d. Archidiaconi Eborensis*

D E

# ORTHOGRAPHIA L A T I N A

A D

DIDACUM FRATREM  
LIBER SINGULARIS.



UAE multa , Didace frater ;  
Orthographiæ scriptores  
argumenta conglomerant ,  
quo aliis opinionum sua-  
rum rationem ostendant ; ea nos & tiro-  
nibus imbuendis parum accommodata ,  
& recte scribendi consuetudini superva-  
canea esse censemus . Quid enim interest ,  
ut quis recte & emendate scribat , explo-  
ratum habere , quid Orthographi omnes  
de uno vocabulo dixerent ? e. g. esse de-

## 4 DE ORTHOGRAPHIA

cem lapides , qui quoddam verbum per  
*E* simplex consignatum habeant : no-  
vem, qui per *I*: unum tandem , per *T*:  
nummos vero duos Theodosii, & Va-  
lentiniani per *V*: & hujusmodi sex-  
centa , quæ passim in his auctoribus se  
offerunt . Quis , tametsi studiis contri-  
tus , non dicam cum fructu , sed sine  
stomacho eos legat , qui omnia , quæ  
Vossius de *Etymologia* lucubravit , cu-  
riose odorantur ; & expendunt : ve-  
teres omnes codices anxie comparant  
inter se : nummos , tabulas ex ære ,  
lapides , Grammaticorum cogitata ,  
omnem denique antiquitatem in auxi-  
lium vocant ; quo persuadeant lectori-  
bus , se se unius pingendi vocabuli  
scientiam tenere ? Quasi satis non fuerit  
homini vel tironi , vel mediocriter eru-  
dito , digitum ad fontes intendisse ; ex  
quibus ipse nullo negotio , si opus es-  
set , hauriret ; & omnem scribendi ra-  
tionem , omnemque auctoritatem pro-  
meret luculenter .

Hæc ego cum aliquando medita-  
rer,

rer , ac discrepantium Grammaticorum sententiās mecum ipse reputarem ; sine labore intellexi , optime eum consulturum puerorum institutioni , qui , expensis primum veteribus iisque lectissimis monumentis , & Orthographorum opinionibus , in iis quæ dubia sunt , diligentissimè consideratis , atque quam maxime fieri potest in concordiam vocatis ; quid optimum esset , definiret : ac nullo verborum ambitu , & missis inutilibus documentis , plane & distribute ea , quæ necessaria sunt , conscriberet , & ad usum tironum ederet . Quo magis mihi persuadebam ; e re scholarum esse huiusmodi lucubratiunculam proferri , propterea quod intelligebam plerosque , qui hisce illustrandis laborassent , nec eos quidem interdum , quid anteponendum esset , constituisse : sed adductis in medium documentis , in utramque partem disputare ; hærere ; immo vero in eligendis sententiis aliquando sibi non constare : adeo ut iis legendis nequea-

A 3 mus,

mus, quid fieri debeat, deliberare. Quo sane vitio nec ipse Christophorus Cellarius, scriptor ceteroqui elegansissimus, & eruditissimus, qui præter ceteros nobis placet, temperat ali quando.

Itaque cum ego inter legendum quædam notasse, quæ utiliora mihi & magis necessaria videbantur; & paullo post, relaxandi animi caussa, me in Albanum contulisse; ea, quæ in adversaria conjecteram, paucarum noctium spatio via ac ratione differui, & litteris consignavi: cum ut in tanta sententiarum varietate constitutum haberem, quid sequi, quidve respuere deberem; tum etiam ut amicorum non nullorum commodo, qui nec vetera monumenta, nec majorum gentium Orthographos pervolutare possunt, consulserem: ac demum adolescentibus nostris, qui polite scribendi laudem affectant, quo modo possem opitularer. Effecerim, an non, alii incorruptius judicabant. Sane si aliquid nos in hoc

## L A T I N A.

7

libro, quod supervacaneum videatur, addidimus, quod certe perpauculum est; id eo consilio fecimus, non ut eruditionis laudem aucuparemur; sed ut lectoribus fastidiosioribus probaremus, sententias nostras ex optimis monumentis esse depromtas: quod sane per quam necessarium est. Plura persequi tum magnitudo voluminis, tum ipsa rei evidenter prohibet. Quamobrem ad propositum veniemus, & hoc libro de orthographia Latina disputabimus: cuius ego eruditionem si contendero necessariam esse iis, qui ad aliquam Latinitatis præstantiam cupiunt pervenire, actum agere videbor; quod vetamur veteri proverbio.



# PARS PRIOR

De Orthographia generatim explicat.

## C A P U T I.

*De littera Majuscula.*

**Q**UANDONAM littera majuscula apponi debeat dictionibus, disquunt politi homines. Non quod existiment, qui in hanc partem peccasset, eum ab eruditorum albo fore delendum: sed ut morem gerant recentioribus, qui hanc scribendi rationem, veteribus & Græcis, & Latinis ignotam, induxerunt in scholas. Nos, missis inutilibus, quæ magis optimæ consuetudini litteratorum congruentia invenimus, dabimus in præsentia.

I. Itaque apponitur majuscula initio vel versus, vel capitis, vel periodi. Quod si periodus, quæ sequitur, ex antecedenti pendet quodammodo, melius minusculam adhibebis: v. g. *Maximo*

ximo in cum odio exarsit. multa in cum evomit. non illi ullo in loco pepercit.

II. Apponitur nominibus propriis, vel rerum animatarum, vel inanimatarum sint: v.g. *Deus*, *Petrus*, *Roma*, *Vesuvius*, *Tiberis*, *Italia*, *Sicilia*, *Africa*, *Bucephalus*, *Sol*, *Luna*: *Terra*, *Aqua*, *Aer*, *Ignis*, pro 4. elementis: *Saturnus*, *Juppiter*, etiam pro planetis: *Ilias*, *Odyssaea*, *Aeneis*, cetera.

§. Verumtamen quæ tantum sunt propria speciei, ut *homo*, *ver*, *aestas*, *autumnus*, *sabbatum*, *chimæra*, *angelus*, *dæmon*, *anima*; etiam si pro tota specie sumantur, melius sine majuscula scribuntur. Non tamen damnarem, qui etiam in his majusculam adhiberet in præfata acceptione.

III. Scribuntur etiam majuscula nomina propria nationum, *Lusitani*, *Angli*, *Itali*, *Seres*. Tum & illa quæ professionem, aut sectam quodammodo denotant: v. g. *Gentiles*, *Ethnici*, *Idololatræ*, *Pagani*, *Christianii*, *Sociniani*, *Calviniani*, *Stoici*, *Pythagorei*,

## 10 DE ORTHOGRAPHIA

rei, ceteri: nec modo cum acervatim significant, sed etiam cum aliquem illius professionis designant: ut *homo Calvinianus*, *Stoicus*, *Gentilis*.

III. Etiam majuscula scribuntur nomina propria scientiarum, ut *Philosophia*, *Theologia*, *Jus*, *Logica*: immo & artium abjectiorum, *Pictura*, *Sculptura*, *Cælatura*, *Nautica*, si pro artibus & disciplinis sumuntur: nam si pro aliqua tantum pictura, aut opere alio ex earum præscripto facto, sufficit minuscula.

V. Majusculam etiam habent appellativa, cum tamquam propria sumuntur, quæ etiam vocant *appropriata*: v. g. *Orator* pro Cicerone, aut Demosthene: *Apostolus* pro Paullo: *Moralis* pro L. Seneca: *Angelicus* pro B. Thoma Aquinate: *Philosophus* pro Aristotele: *Poeta* pro Virgilio.

Etiam in eundem censum veniunt appellativa alia, cum pro re aliqua determinata, & in significatione nobiliori sumuntur: v. g. *Fides* pro fide haben-

benda divino testimonio, hoc est pro religione Christiana: *Religio*, *Ordo* pro vita religiosa: *Concilium* pro cœtu Episcoporum: *Ecclesia* pro congregatiōne Fidelium; nam si sumatur pro aliquo templo, minuscula sufficit: *Communitas* pro Religione, aut Magistratu, vulgo *Camera*, *Comunidade*: *Capitulum* pro collegio Canonicorum, vel etiam pro comitiis Religiosorum: cum tamen significat caput & sectionem orationis & argumenti, satis est minuscula, nisi in fronte sectionis scribatur.

VI. Majuscula etiam donantur nomina dignitatis & muneris, *Inperator*, *Rex*, *Consul*, *Senator*, *Magistratus*, *Conservatores*, *Respublica* pro Magistratu, nam si significat publicam rem seu utilitatem minuscula satis est: *Tribunus*, *Centurio*, vulgo *Coronel*, *Capitam*: *Princeps* pro Dynaste, aut *Tetrarche*: *Dominus* cum eadem significatiōne usurpatur: nam dum significat privatum dominium, majuscula necessaria non est.

Eo-

## 12 DE ORTHOGRAPHIA

Eodem nomine afficiuntur majuscula, *Papa*, *Cardinalis*, *Primas*, *Patriarcha*, *Archiepiscopus*, *Episcopus*: & minora munera, seu dignitates uti vocant, *Archidiaconus*, *Abbas*, *Canonicus*, cetera. Etiam *Pater* cum significat auctoritatem, & dignitatem, eoque indicamus vel veteres Episcopos, vel Senatores, vel Cardinales: non vero cum significat parentem. At non habent majusculam nomina artificum, *pictor*, *nauta*, *figulus*, cetera.

§. *Præsbyter* vero, *sacerdos*, *diaconus*, *subdiaconus*, *clericus*, nisi sint argumentum nostræ orationis, minuscula congruentius scribuntur.

Eadem de causa distinguuntur littera majuscula dignitatis abstracta nomina: ut *Inperium*, *Regnum*, pro dignitate Imperatoris, & Regis: *Consulatus*, cetera. Etiam *Papatus*, *Episcopatus*, *Abbatia*, *Canonicatus*, pro ordine & dignitate, non vero pro officio, aut reditu Ecclesiastico. Idque vel Latina lingua, vel vulgata scribantur: ut

Ca-

*Capitania, Governo, Regimento pro munere Tribuni, vulgo Coronel; Tezoireriamor, Chanrado, Deado, cetera.*

§. Verum appellativa nomina, quæ illa abstracta designant, minuscula scribi satis esse videtur: ut *regnum, civitas, provincia, oppidum, castellum, locus, villa, terra, gens, natio, populus,* reliqua: etiamsi pro nomine proprio accipientur. Eo magis, quod hæc adhibentur plerumque nominibus propriis, quæ illam habent: sic circa supervacanea est alia majuscula.

VII. Adjectiva nomina quæ ex substantiis propriis, aut hominum, ut *Aristotelicus, Platonicus;* aut nationum, ut *Turcicus, Anglicus, Latinus, Asiaticus;* aut sectæ, ut *Christianus, Ethnicus, Gentilis, Calvinianus, Atheus;* aut scientiæ, ut *Philosophicus, Mathematicus, Oratorius;* majuscula primitivorum more scribuntur.

§. Adjectiva vero quæ ex nominibus dignitatis, aut similibus, ut *imperia-*

## 14 DE ORTHOGRAPHIA

*rialis, regius, consularis, senatorius, prætorius, papalis, cardinalicus, minuscula scribuntur.* Importunum siquidem est, tot majusculas adhibere, cum sensus satis superque fit palam, & viri elegantissimi eodem modo scribunt.

VIII. De adverbii autem hæc moneo. Adverbia illa majuscula exscribi debent, quæ ducuntur a nominibus propriis, vel hominis, ut *Aristotelice, Platonice, Cartesiane*; vel nationis, ut *Turcice, Anglice, Latine, Gallice*. Cum enim idem significet *Aristotelice*, ac *Aristotelis more*; convenientius majuscula insignitur, quandoquidem illa nomina numquam minusculam habent.

§. Alia vero adverbia quæ ex disciplinis deducuntur, ut *philosophice, mathematice, grammaticæ*; ut etiam illa quæ ex officiis, v. g. *senatorie, regie, patriarchaliter, papaliter, christiane, gentiliter*; melius minuscula scribuntur: nam & primitiva nomina interdum minusculam habent, & supervacaneum est tot majusculas apponere.

VIII. Quæ

VIII. Quæ hucusque diximus limitari solent a viris politissimis & acerrimi judicii , cum duo vocabula conjunguntur , quæ seorsum litteram maiusculam habent : hæc enim si uniuntur, nomen generale maiusculam amittit , & tantum ponitur in alio quod arctiore significationem haberet . Nam cum maiusculæ litteræ minus sint decentes quam minusculæ ; quippe quæ equalitatem versuum , & elegantiam scripturaræ interrumpunt , nec nisi majoris distinctionis caussa adjungantur ; fit consequens , ubi satis distincta sunt vocabula , illam importune adhiberi : & consultius esse alterutram tantum scribere .

Hinc bene scribo , poeta Etruscus , orator Romanus , philosophia Peripatetica , theologia Moralis , secta Platonica , concilium Oecumenicum , Roma- na ecclesia , historia Litteraria , testa- mentum Vetus , & Novum , Darius rex , Pompejus consul , fides Christiana , Leo papa , Joannes episcopus , jus Canonicum , ars Logica , ars Critica , cetera .

§. Oc-

## 16 DE ORTHOGRAPHIA

§. Occurrunt tamen casus non nulli; in quibus paullo vehementior ratio suadet, utrumque vocabulum majuscula scribere, vel consuetudinis, vel distinctionis & claritatis caussa. Sic nomen *Iesus Christus* veteri more utraque majuscula exaratur, immo plerumque & convenientius singulis litteris majusculis. Etiam *Senatus Populusque Romanus*, nisi forte compendiaria scribamus, *S. P. Q. R.* & *Excellentissimus*, & *Illusterrimus*, cum in aliqua inscriptio-  
ne, aut alio loco scribitur: & nomina propria hominum, tametsi plura sint,  
*Titus Pomponius Atticus*. In titulis vero librorum, & lapidibus omnia ma-  
juscula scribuntur, exceptis particulis  
&, nec, que, ceteris, si character est rotundior: quod si litteræ omnes sunt  
majusculæ, etiam particulæ veteri more Romano. In inscriptionibus vero ca-  
pitum, aut sectionum sufficit majus-  
cula insignire vocem illam, quæ est ar-  
gumentum capitis.

Præterea cum appellationem *San-*  
*eti,*

*Etī, aut Beati, Ecclesiastico more, alicui tribuimus; invaluit usus ut majusculam adhiberemus, hoc modo: B. Augustinus: vel etiam cum nomini proprio hominis gentilem appellationem adjungimus: ut Aristoteles Stagirita, Plato Atheniensis.*

Præterea scribuntur etiam majuscula tituli & inscriptiones librorum, cum inter scribendum laudantur: v. g. cum dico, ita Cicero de Finibus Bonorum, & Malorum: Aristoteles de Parvis Naturalibus, cetera. Nam si finibus, aut parvis minuscula distingueretur, videremur aliis non librum ita inscriptum, sed argumentum libri memorare: siccirco melius hæc majusculis distinguemus. Eodem modo cum via compendiaria aliquid laudo, majuscula perbelle utor: v. g. V. T. Vetus testamentum. J. C. Jesus Christus: M.F. M.N. Marci Filius, Marci Nepos, cetera: idque vel charactere Romano, vel cursivo scribam.

X. Solet etiam materia, de qua  
B quis-

## 18 DE ORTHOGRAPHIA

quisque disputat, majuscula insigniri;  
 v. g. *Grammatica*, *Beneficia*, *Logica*,  
*Poetica*. Si tamen hæc frequentius  
 occurrunt nomina in eodem capite,  
 sufficit prima vice majusculam appo-  
 nere, deinde minusculam. Potest ta-  
 men hæc littera omitti in charactere  
 mss, si lineam vocabulo supponimus;  
 quod Typographi in *cursivum* mutant,  
 e.g. Disputat quis de *Ideis* uno capi-  
 te; cumque hæc nomina occurrant  
 sæpiissime, sufficit scribendo, si necesse  
 est, lineam subtus scribere, *ideis*: quæ,  
 si typo describuntur, *cursivo* characte-  
 re distinguntur; ne tot litteras ma-  
 jusculas inutiliter multiplicemus: quod  
 tamen pro prudentia scribentis facien-  
 dum est.

XI. Adjungitur etiam majuscula  
 animi affectionibus, cum more per-  
 sonarum inducuntur; v. g. *Zelotypia*  
 est vehementissima omnium animi mo-  
 tionum. *Amor omnia superat*. *Hæresis*  
*nascitur ex superbia*. *Justus non perter-  
 retur irrisiōnibus perditissimorum homi-  
 num.*

XII. Po-

XII. Postremo cum quis loquens inducitur, hujus oratio littera maiuscula debet insigniri: v. g. Alexander admitti Abdolonymum protinus justit, diuque contemplatus, inquit, Corporis habitus famæ generis non repugnat: sed libet scire, inopiam qua patientia tulerit. Tum ille, Utinam, inquit, codem animo regnum pati possem. Hæ manus suffecere desiderio meo. nihil habenti nihil defuit. (1) Quod si sermo, qui alicui tribuitur, longior esset; convenientius puncto finali clauderetur; minimum duobus punctis, hoc modo: Cum ergo Orator ad P.M. accederet, sic locutus est: Tanta est, B. Pater, tuarum virtutum fama, tanta dicendi vis, tamque exquisita doctrina, ut dum ad te loquor animus me deficere videatur: Et quæ alias me, vel cum de gravissimis rebus disputationem, numquam defuit oratio, cetera. Quod si longior fuerit oratio, non solum finali puncto terminari, sed etiam di-

B 2 fin-

(1) Q. Curtius L.III. c.1.

## 20 DE ORTHOGRAPHIA

stincta sectione & paragrapho scribi debet. Idem faciendum cum alicujus verba scriptoris contextui nostro inseruntur.

Parenthesis, quæ pingitur hoc modo, ( ) si est brevis, non est necesse maiusculam initio scribere: si vero est longior, potest maiuscula non solum initio, sed, si opus erit, etiam in aliquo intermedio verbo poni.

XIII. Solent etiam non nulli maiusculam adjicere, cum aliquid in partes disperciunt, hoc modo: *Peccant hic aliqui dupli nomine: Inscitia, & Vanitate. Inscitia, cum sic faciunt, cetera.* Alii existimant, satis esse lineam supponere, aut *cursivum*, hoc modo, *in scitia, & vanitate.* Neutrum præferimus, sed liberum sit alterutro uti.

Mirentur hic aliqui, nos tam longo sermone hanc, de apponenda grandiscula littera, materiam prosecutos esse, quam alii paucis versibus absolvere sibi videntur. Sed mirari desinent si in animo cogitaverint, hanc, quam ipsi parvi faciunt, doctrinam, multum

tum conducere, ut quis recte & ordine scribat: & utilissimum esse adolescentibus certas regulas habere, ad quas lucubratiunculas suas exigant: easque non nude propositas, sed exemplis non nullis illustratas. Quid? si proiectioribus etiam? Evidem videamus saepissime homines eruditos, qui ad hunc lapidem offendunt: & cum aliquid sunt scripturi, vel animi pendent, vel tot majusculas apponunt, ut ab aliquo imperito lapicida exaratas fuisse existimes. His nos si vel leviter opitulati fuerimus, quis damnet? At fallimur: condonetur injuria, transfeant ad ea quæ sequuntur.

## C A P U T I I.

*De scribenda J & V consonantibus,  
I & U vocalibus.*

**Q**UOD J & V aliquando, id est, ante vocales vim habeant consonantium, dubium non est, ut sentiunt Grammatici: tantum vocatur

## 22 DE ORTHOGRAPHIA

catur in dubium, an etiam figura distingui debeant. Negat Cellarius cum aliis: affirmat Vossius, & merito quidem: nam si potestate differunt, cur non etiam figura differre debent? Verisimilius est, quod etiam antiquitus aliquod signum apposuissent, quo alia ab alia discriminaretur. Certe Claudius Cæsar loco V consonantis posuit hanc figuram J, quæ erat F inversa: (1) quod etiam in non nullis inscriptionibus habetur. (2) Et etiam J aliquo signo vel lineola in capite signabatur, quo a vocali alia seceretur, uti docet Quintilianus. (3)

Cum autem litterarum figura immutabilis non sit, ut ex ipsis veteribus Latinitatis fragmentis ediscimus; eapropter misso quid veteres fecerint, putamus fieri debere hoc modo, ut etiam figura discriminentur: idque non in charactere rotundiori solum, quod ad-

(1) Priscianus L.I. pag. 545.

(2) Gruterus, pag. 1065. Fabrettus cap. 6.

(3) L.I. c. 4.

admittit Cellarius; sed etiam in ma-  
juscule Romano. Non damno tamen  
eum qui in majusculis figuram harum  
litterarum non mutat, quod vult Cel-  
larius; modo mutet in charactere mi-  
nuscule: sed congruentius puto utrobi-  
que mutari.

Veteres ponebant I longiusculum  
in dictionibus, cum duo II, aut EI ap-  
poni deberent; hoc est, cum syllaba  
erat longa, (1) hoc modo: *DIs MANIBUS*  
*pro DIis MAnibus*: quod recentiores  
non nulli adoptarunt: aut etiam api-  
cem superinponebant. (2) In brevi-  
bus vero syllabis non ponebant. Alii  
solum scribebant apicem, cum dubi-  
tari poterat de syllaba. Utrumque ta-  
men obsolevit: atque recentiores po-  
litissimi & oculatissimi, non refragan-  
te ipso *Quinctiliano*, hæc omnia reje-  
cerunt.

(1) *Quinctil. L.I. c.4.*(2) *Idem ib. c.7.*

## C A P U T III.

*De Diphthongis.*

**D**iphthongi, auctore Vossio, (1) minimum sunt octo, *ae*, *ai*, *au*, *ei*, *eu*, *oe*, *oi*, *yi*. Quo modo pronuntiarentur, compertum non est. Suspicari tamen possumus, sonum ab utraque vocali mixtum habuisse, etsi ad alterutram magis accendentem. Id scimus, antiquos scripsisse per AI, quod nos per AE efferimus: quod tamen jam obsolevit.

Qui accuratius scribunt separant has duas diphthongos AE, OE in litteris majusculis, seu Romanis; quia sic fecerunt veteres Romani cum inscriptiones condiderunt: & omnino abjiciunt has formas Æ, Ø ignotas antiquis: nulla enim ratio nos cogit, novas figuræ admittere. In minori scriptura, quæ Romana non est, sed Barbara, tolerari

(1) De Arte Gram. L.II. c.3.

ri possunt. Hæc moneo de his duabus. nam de reliquis scribendis dubitatio nulla potest occurrere, quia litteræ semper scribuntur divisæ.

## C A P U T I I I I .

*De Partitione vocabulorum  
singulorum.*

**S**Caliger, Vossius, ceterique Grammatici oculatissimi sic censent, quod in secundis vocabulis, illæ consonæ jungendæ sint cum vocali sequente, quæ reperiuntur initio alicujus dictionis vel Græcæ, vel Latinæ. Itaque si in fine versus dictio aliqua secunda est, propterea quod ob angustiam spatii integra nequit scribi; pars una in fine scribitur addita lineola - quæ indicium facit, jungendam esse cum altera parte. Hæ vero partes hoc modo sunt distracthendæ.

I. Si una tantum confona inter duas vocales habetur, conjungitur cum se-

26 DE ORTHOGRAPHIA

sequente, si vox in fine versus secunda est, hoc modo: *a-mor*, *le-go*, *di-co*, *fe-ro*.

II. Si duæ consonantes similes in medio inveniuntur, altera priori, altera posteriori syllabæ dabitur: v. g. *peb-lo*, *por-ro*, *an-nus*.

III. Sin vero dissimiles consonantes vel duæ, vel tres in medio dictionis occurront, dividuntur tantum cæ quæ ab initio verbi nequeunt pronuntiari: v. g. *or-bis*, *tem-pus*, *ul-timus*.

Quod si litteræ hujusmodi initio aliquius dictionis vel Græcæ, vel Romanæ pronuntiari possunt; tribuuntur vocali sequenti, & ponuntur initio sequentis versus. Hæc melius exemplis, quam ullis præceptis, illustrantur. Itaque dictiones dividuntur hoc modo:

bd.	he-bdomas		bdelium
ch.	Te-chna	Quia	Cneus
cm.	Pyra-cmon	dici-	κρέλεσξ, tabes
ct.	do-ctus	tur.	Ctesiphon
dm.	A-dmetus		δμάω

gn.

gn. a-gnus		gnatus
mn. o-mnis		Mnemosyne
ph. na-phta		phthisis
pn. Thera-pne		pn cuma
ps. scri-psī		psittacus
pt. a-ptus		Ptolemæus
sb. Le-sbia	Quia	σβεστις
sc. pi-scis	di-	scamnum
sm. Co-smus	citur.	Smyrna, Smilax
sp. a-sper		spes
sq. te-squa		squammina
st. pa-stor		sto
tl. A-tlas		Tlepolemus
tm. La-tinius		Tmolus
tn. Ae-tna		Θυεσταω

§. Excipiuntur composita ex præpositionibus, vel ex aliis dictionibus; quæ non scinduntur alio modo, nisi separando componentes: v. g. *ab eo*, *abdomen*, *dis cors*, *in ers*, *ad oro*, *of tendo*, *et iam*, *vel ut*, *ad eo*: vel *et iam*, *jurif consultus*, *patrif familias*, *alier eter*, *et enim*.

§. Excipiunt etiam non nulli voces compositas ex aliis, quæ integræ non sunt:

## 28 DE ORTHOGRAPHIA

sunt: ut *pæn-insula*, *pot-est*, *neg-otium*,  
*sus-tineo*, *sus-cipio*, *dis-cutio*, *prof-odia*,  
*pro-dit* a *prodeo* vel *prodo*, *red-eo*,  
*red-amo*, cetera. Verum cum hæc non  
in omnium oculos incurvant, sed ety-  
mologiæ non perfunctoriam eruditio-  
nem poscant, quam pueri & indocti  
profecto non habent; integrum relin-  
quimus vel hoc modo, vel illo superio-  
ri uti: eo magis quod cum voces non  
sint integræ, non offendit oculos legen-  
tium, si alio & vulgato modo divi-  
damus.

Hæc recentiores diligentissimi.  
Nam veteres plerumque ex origine  
& derivatione vocum divisionem du-  
cebant. (1) Alii per syllabas disjun-  
gebant. (2) Postremo alii voces non  
incidebant. (3) Ex qua varietate ex-  
sttit, ut inperiti fabri aliquando vo-  
ces arbitratu suo, id est, inscite di-  
vide-

(1) Quinetil. L.I. c.7.

(2) Cæsellius Gram. apud Cassiodorum.

(3) Inscriptiones pleræque apud Gruter. &  
alios.

viderent: quod tamen erratum fabrile fuisse, vel ex aliis lapidibus fit manifestum. Recentiores tamen industrii hisce omnibus occurserunt, præfatas leges condentes, uti demonstravimus,

## C A P U T V.

*De Accentibus,*

**N**ec Græci, nec Latini homines, aurea illa Latinitatis ætate scribentes, apices, aut accentus adoptarunt. Curabant illi quidem ut recte pronuntiarent, & in pronuntiando syllabam brevem a longa; elatiorem a submissiore distinguerent: sed id usu & consuetudine, non figuris distinguebant. Quod si aliquando inferiori ætate apponebant, hoc nomine faciebant, ut longam syllabam, si dubia pueris esset, hac nota distinguerent: tum & vocabula, quæ diversa videntur significare, sejungerent: idque puerorum  
gra-

## 30 DE ORTHOGRAPHIA

gratia , ut scite monet Quintilianus . (4) Quod tamen deteriori ævo præsertim obtinuit : quo enim vetustiores sunt lapides eo magis carent accentibus . Id ipsum confirmant veteres inscriptiones apud Gruterum , ceterosque , in quibus rarissimæ , & eæ quidem imperite sculptæ , cum accentibus reperiuntur .

Recentiores tamen non nulli misera Adverbia *gravi* onerant , Ablativos singulares *circumflexo* . Id vero ineptissime fieri , & ex dictis colligitur , & plurimis argumentis evincit Cellarius ; qui addit longum syllabum vocum sono , & litteris similium , quæ tamen diversa significant , & sine apicibus discernuntur sensu & constructione . Quod si in libris non nullis Ecclesiasticis , indoctorum gratia , adhibentur ; reliquis in libris apponendi non sunt .

Ad summum *diacritica* puncta tolerari possunt . his enim utuntur Grammatici , quo dissolutionem syllabæ aut di-

diphthongi indicent: v.g. *soluit*, *solvit*: sic enim ostendunt, primum esse a *soleo*, & trisyllabum: secundum a *solvo* disyllabum, Vel etiam *Caius* trisyllabum: & *aëre*, quod est corpus subtilissimum, ab *aere*, metallo. Scio hæc figuris litterarum, uti diximus, distingui posse: non tamen reprehendo qui illis utitur,

## C A P U T V I,

*De Numeris Romanorum.*

**Q**UONAM modo numeri Romanis characteribus exprimantur, nemo vel leviter eruditus est qui ignoret. Quædam tamen sunt quæ deteriori ætate in usu erant, & postea magis invaluerunt; tamen a veteri consuetudine Romanorum longe recessunt: quæ nos subjiciemus.

*Quatuor* exprimitur communiter hiscè litteris, iv. At Romani veteres hoc modo, iii. ut etiam xiii. & xxiii.

Ra-

32 DE ORTHOGRAPHIA

Raro admodum occurrit in veteribus monumentis, vulgata illa scribendi forma.

Senarius signatur hoc modo, vi.  
ut vi. vir. sed saepius hoc modo, I<sup>IIII</sup>.I.  
vir.

Octo potius viii. quam iix. Sic  
etiam novem potius viii. quam ix. in  
vetustis monumentis. Etiam xviii. potius  
quam ixx. octodecim, seu duodeviginti:  
ut etiam xviii. undeviginti, cetera.

Quadraginta veteres R. hoc modo,  
xxxx. idque frequentius quam xl.

Quadringenta sic, cccc. vel cd.  
Quingenta hoc modo ls, vel etiam n.  
Mille hoc modo cl, postea vero m.

Majores autem millenario numeros suis vocabulis exprimunt. Quod si  
notis designant, multiplicant millen. hoc  
modo: cl cl cl ter mille: cccl decem milia: & figura dimidiata ls quinque milia. At majores sic designant, ccccl centum milia: & dimidiata ls quinquaginta milia: cetera.

Aliquando scribunt hoc modo:

III.M. tria milia: præsertim in milibus  
passuum, seu lapidibus viarum. III.M. P.  
tria milia passuum.

## C A P U T V I I.

*De recta interpungendi ratione.*

**Q**uanam ætate ratiō interpungendī  
occeperit, quæque illius vicissi-  
tudines fuerint, nostrum non  
est inquirere. Sufficit monere, Magni  
Alexandri ætate non fuisse ignotam,  
tametsi non omnibus probaretur: si-  
quidem Aristoteles scribit, (1) Hera-  
cliti philosophi scripta non habere in-  
terpuncta: immo vero operosum esse ea  
interpungere. Id autem longum tem-  
pus cum in Græcia, tum in Latio ob-  
tinuit, ut non nulli apponenter ea, ple-  
rique non apponenter: ut ex codicibus  
ante hos bis centū supra mille annos  
descriptis palam fit: qui sine interval-  
lis & sine ullis distinctionibus continua

C

ora-

(1) Rheticor. L.III. c.5.

oratione scripti sunt. Ut ut est id sci-  
mus, hujusmodi notas ab politissimis  
viris inductas fuisse duplci nomine;  
primum interspirationis caussa, ut in-  
terpunctis clausulis legentes, aliqua in-  
terposita mora, commodius & facilius  
pronuntiarent; (1) deinde quo senten-  
tiæ recte distinguerentur, & loquentis  
sensus palam fieret. Hæc tamen non  
nisi pedetentim, & præsertim post in-  
ventam typorum artem, perpolita sunt.  
Regulæ autem, quæ ab viris acerrimi  
judicij constituuntur, sunt hujusmodi,

I. Cum sententia aut periodus o-  
mniō finitur, ut nihil addendum su-  
persit, punctum ponitur, quod finale  
vocatur.

§. Ubi vero sententia est concisa,  
& item altera concisa sequitur, melius  
gemino punto separatur; v. g. *Triduo*  
*abs te nullas acceperam; nec mirum;*  
*nemo enim venerat; nec fortasse caussa*  
*fue-*

(1) *Clausulas atque interpuncta verborum ani-  
mæ interclusio, atque angustiæ spiritus ad-  
tulerunt. Cicero de Orat. L.III. c.46.*

fuerat. Plane nihil erat quod ad te scriberem: modo enim discesseras. Gratulor nobis Q. filium exiisse: molestus non erit. (1)

§. Si post punctum finale sequitur sententia superioris non dissimilis, littera minuscula satis est, ut in hac: Cognovi ego tua studia in amicos, etiam in te amicorum. multum potes nos apud Plancum juvare. novi humanitatem tuam, scio quam sis amicis jucundus, nemo nos in hac causa plus juvare potest quam tu. (2) Si vero sententia est dissimilis, majuscula est adhibenda. Quod si non modo dissimilis sententia, sed etiam dissimile omnino sequatur argumentum; tunc non modo punto, & majuscula, sed aliquo intervallo se jungenda est, ut appareat materiae diversitas. Cum vero argumentum justam magnitudinem habet, scribi debet nova sectione, seu paragrapho, ut vocant: sic majori distinctione argu-

C 2 men-

(1) Omnia ex Cicerone ad Atticum.

(2) Cicero ad Capitonem L.XVI. ad Atticum.

36 DE ORTHOGRAPHIA

menta differuntur. Id tamen scriptoris arbitrio & intelligentiae relinquitur, habita ratione & loci, & chartæ.

Aliquando vero periodus *interrogatione* terminatur: cuius enim signum [?] v. g. *Quousque tandem, Catilina, abutere patientia nostra? quamdiu etiam furor iste tuus nos eludet? quem ad finem sese effrenata jactabit audacia?* (1)

Aliquando terminatur *admiratione*, hoc modo: *Quam multa & domini, & foris homines nostri fecerunt! quanto opere & inpendio religionem Christianam propagarunt!* Quod si periodus non nihil admirationis, & interrogationis habet admixtum, alterutro puncto arbitratu scribentis concludi potest.

In quo illud notandum, admirationem aliquando cum *exclamatione* conjungi, cum *desiderio*, cum *ironia*, cum *indignatione*: v. g.

• • • • • *Et quisquam numen Junonis adoret*

*Præ-*

(1) Cicer. Catilin. I.

*Præterea, aut supplex aris inponat honorem!* (1)

*En ironia cum exclamacione, & indignatione juncta. Est etiam desiderii, ut illud Virgilii* (2)

*... Ipsique suos jam morte sub ægra,  
(Dii meliora piis, erroremque hostibus istum!)*

*Discisos nudis laniabant dentibus artus.*

& etiam ironiae cum simplici indignatione: v. g. (3)

*Egregiam vero laudem, & spolia ampla refertis*

*Tuque, puerque tuus, magnum &  
memorabile nomen,*

*Una dono Divum si femina viæ  
duorum est!*

Hæc omnia tametsi diversos animi motus indicent, tamen unico signo admirationis satis distinguntur: quia omnibus his admiratio inest.

C 3

§. Ve-

(1) Aen. I. v. 48.

(2) Georg. L. III. v. 513.

(3) Aen. III. v. 95.

## 38 DE ORTHOGRAPHIA

§. Verumtamen Manutius censet; hujusmodi signa interdum adjungi non debere, cum periodus longius producitur, ac longitudine sua vel interrogandi, vel exclamandi vis penitus evanuit. Quo casu ex contextu orationis dignoscimus, quoniam sensu unusquisque loquatur.

II. *Geminum punctum* tunc scribi debet, cum periodus & sententia est perfecta, adeo ut unico punto finiri posset: tamen aliquid addendum superest, quo sententiam explicemus, vel aliquo adjuncto illustremus, aut restringamus. Sit exemplum illud Ciceronis ad Cæsarem: *C. Trebatium cogitaram, quocumque exirem, in eum ducere: ut eum meis omnibus studiis, beneficiis, quam ornatissimum domum reducerem.* Vides hic post vocabulum *ducere*, adferri explicationem primæ propositionis.

Evenit id plerumque, cum sententia plura membra continet, quæ sensus suos habent finitos; & ab eodem, aut

aut simili verbo reguntur. Quo casu toutes geminum punctum debet apponi, quoties periodus absoluta est, & sensum completum facit: v. g. in illo alio Ciceronis: *Hæc tecum coram malueram: sed quia longius fiebat, volui per litteras eadem: ut haberes quid dices, si quando in vituperatores meos incidis- ses . . . Quibus ego certo scio non vi- deri satis multos perisse: qui, si me au- dissent, quamvis iniqua pace, honeste tamen viverent: armis enim inferiores, non caussa fuissent.* Habet hic exem- plum luculentissimum.

Postremo geminum punctum adhibetur, postea quam pluries punctum & virgulam in eadem comprehensione posuimus: quo ostendamus, majorem interpunctionem requiri: ac lector aliquantisper quiescat. Idque, quoties major mora requiritur, fieri debet.

III. Subsequitur virgula: cuius officium est, non partes sententiae, aut sententias separare; sed nomina, & verba, quæ differunt, sejungere; ut in-

## 40 DE ORTHOGRAPHIA

telligat lector, quem sensum habeant,  
& a quo verbo regantur: quo facilius  
sine ulla hæsitatione & intelligat, quæ  
legit, & pronuntiet. Hæc ulterius il-  
lustrabimus, peculiares casus, in qui-  
bus evenit, percensentes. Itaque po-  
nitur virgula

1. Ante particulas *conjunctivas*, *dis-  
junctivas*, *adversativas*: v. g. *In domo erat,*  
*& villa, & ruri frequenter.* Nec in *foro*  
*visus est*, nec in *urbe*, nedum in *subsel-  
liis*. Aut *hoc facies*, aut *pænas dabis*.  
Quod verum est sive particulæ hujus-  
modi expressæ sint, sive occultæ: v. g.  
*Amor*, *odium*, *averitia mortalium ani-  
mos adfigunt*.

2. Ponitur inter breviores propo-  
sitiones, quæ ab eodem verbo & per-  
sona reguntur: v. g. *Modo secum cogi-  
tabat*, *modo id ipsum exprimebat*. Quam  
ne alieno arbitrio dimitteret, memor  
*pristinarum virtutum*, *venenum*, *quod  
semper secum habere consueverat*, sum-  
fit. (1)

III. Scri-

(1) Nepos in Hannibale fine.

3. Scribitur etiam cum propositio aliquo substantivo apposito , ablativo absoluto , aut verbo , aut gerundio , aut participio , & his similibus interrum- pitur : v. g. *Geographia* , & *Chronolo-  
gia* , duo *Historiæ lumina* , addiscenda  
sunt . Brevi , mutata voluntate , recef-  
fit . Poteris , si lubet , venire . Sic vir  
fortissimus , multis , variisque perfun-  
ctus laboribus , anno adquicavit septua-  
gesimo . Aer , ut recentiores ostendunt ,  
maxima vi pollet . Revocatur ad hanc  
regulam relativum *qui* , ante quod vir-  
gula vulgo , & merito scribitur . Nam  
plerumque aliam indicat propositio-  
nem , quæ sensum interrumpit .

4. Separat propositiones quæ ne-  
cessario nexu colliguntur ; vel quia  
una est objectum alterius , ut *cupio* , me  
*esse clementem* : *scio* , te *esse calamito-  
sum* : vel quia exprimit aliquod adjun-  
ctum , quod tam est breve , ut gemino  
puncto secerni supervacaneum sit : v.g.  
*Decem vixit annos* , postea quam *Uly-  
siperonem reversus est* .

## 42 DE ORTHOGRAPHIA

§. Limitantur autem hæ regulæ in his casibus. 1. Inter verba homonyma non scribitur, tamquam supervacanea: v. g. *Vehementer dolet & angitatur. Distincte & distribute scribit.* (\*) 2. Cum particula &, aut, nec, & his similes ornatus gratia adhibentur: v. g. *Itaque & ea fecit, quæ cupiebat, & multo labore populis persuasit: vel etiam, Non audeo neque tacere, neque distincte loqui.* 3. Omnino scribenda non est, cum sensus & sententiæ bene distinguuntur, hoc est, cum propositiones sunt brevissimæ, nec ullam

CON-

(\*) Non disputo hoc loco an verba ea, quæ vulgo homonyma censentur, reapse ita se habeant: nec una plus quam alia significet: immo vero mihi persuadeo, paucissimas esse quæ hac appellatione donari possint. Reliquæ iis tantum sunt homonymæ, qui ad intimos Latinitatis recessus non pervenerunt: ut accurate præter ceteros disputant Vavassorius, de *Vi ac potestate verborum*, & Popma. Hoc breviter dico, virgulam apponi non debere inter ea quæ communiter homonyma reputantur.

confusionem gignunt: v. g. *Feriit eum, gladio, in pectore: Decessu, lente, lente.* Hæc enim tam clara sunt, ut omnino intempestiva sit virgula. Quod si longiores essent partes, rectissime virgula adjungeretur: v. g. *Feriit adversarium suum, gladio utens acutissimo, in ima parte pectoris. Decessit a nobis, atque lente, immo & lentissime prosecutus est eum.* Itaque virgulæ caute, & non nisi cum sensus cogit, sunt scribendæ.

Etiam parenthesis ab Orthographis in censum virgularum defertur. Nota est hujusmodi, ( ) qua nota ea includuntur, quæ nec sententiæ partes sunt, nec ab ullo verbo antecedente, aut consequente reguntur: sed tolli possunt quin sensus mutetur: adduntur tamen explicationis gratia: v.g. *Non sum prædicaturus (tametsi id jure facere possem) quantas, quamque præclaras amoris significationes dederit. Quem postea quam occidit (o facinus hominis inauditum!) canibus comedendum det.*

## 44 DE ORTHOGRAPHIA

dit. Jurisprudentia (sic scribit Cicero)  
sine Philosophia nequit consistere.

Quod si sententia brevior est, nec  
a sensu omnino se juncta, duabus vir-  
gulis debet separari: v. g. *Amor, uti*  
*diximus, est animi motio vehementissi-  
ma. Cato, ut opinor, Romanos virtu-  
te superavit.*

Unum moneo, ante parenthesin  
nec virgulam, nec punctum scribi debe-  
re, ut multi faciunt: ipsa enim est inter-  
punctio. Nisi forte sententia absoluta  
parenthesis scribatur: quo casu punctum  
finale, aut duo puncta ante parenthesin  
debent scribi. Nec etiam fine sententiæ,  
quæ parenthesis concluditur, ponitur vir-  
gula. In medio vero, si longior est, omnia  
signa possunt apponi. Cavendum tamen  
a longiori, & frequentiori parenthesis,  
quæ obscuritatem orationi offundit.

III. Restat punctum, & virgula.  
Ponitur cum sensus orationis majorem  
interspirationem postulat quam virgu-  
la, minorem vero gemino puncto: hoc  
est, cum propositio aliquem sensum  
præ-

præfert, sed qui satis non est, ut mentem scriptoris omnino percipiamus: sed adhuc alterum membrum exspectamus, quo sententia omnis certo habeatur. Itaque ponitur

i. *Punctum & virgula*, quando propositio ab his verbis incipit: *Etsi*, *Tamen si*, *Sicut*, *Quamvis*, *Qualis*, cetera. Nam hujusmodi particulæ ad alias feruntur, & aliud membrum orationis requirunt, quod sensum perfectum reddat: v.g. *Etsi ea est perturbatio omnium rerum*, ut suæ quemque fortunæ maxime pœniteat; nemoque sit, quin ubivis, quam ibi, ubi est, esse malit; tamen mihi dubium non est, quin hoc tempore bono viro Romæ esse miserrimum sit. (1) *Sicut apis ex plurimis floribus mel suavissimum colligit*; item igitur *Philosophus ex plurium, & lectissimorum librorum lectione recte dijudicandi facultatem comparat*. In primo exemplo, illud *Etsi* adsciscit *Tamen*: in altero, *Sicut* requirit *Item* igitur:

## 2. Quan-

(1) Cicero ad Diversos libro VI. epist. i.

## 46 DE ORTHOGRAPHIA

2. Quando aliquid in partes disper-timus: v.g. Cæsariani milites alii in fu-gam se dedere; alii strenue dimicarunt. Illi intercepti ab equitatu Pompejano misere fuere concisi; hi in duos manipu-los collecti victoris impetum aliquam-diū sustinuerunt. Ratio est eadem: nam in his propositionibus vocabula *alii*, illi sunt relativa, & indicant partes, quarum aliæ alias exspectant, quo tota narratio absolvatur.

3. Quando instituitur duorum com-paratio, aut quasi oppositio. Comparatio, ut *Nihil dissimilius*, quam *Logica*, & *Poesis*: *Hæc fictionis venustate de-mulcet aures legentium*, & errorem pro-veritate inducit; illa verum a falso se-cernit, & mentem illustrat ne aliud pro-alio accipiat. Oppositio, ut *Tanto fu-  
rore irruit in eos*, ut sua & aliena; amicos & hostes; domesticos & exterios profligarit.

4. Quando alia propositio oratio-ni inseritur explicationis gratia, & sen-sum interrupit quodammodo, Hoc loco

loco simplex virgula est parum : duo puncta nimium : adeoque virgulam & punctum interponere necesse est : v. g. *Cneus Pompejus Magnus*, quem totus Oriens in fidem receptus adoraverat; ipse fasces lictorios januæ *Possidonii philosophi* submisit: Et hoc facto professus est, aliquid majus se ipso haberet. Hoc præcipue in usu est, cum propositiones insertæ sunt longiores, & quo a reliquis periodi membris secernantur, major interpunctio adhibenda videatur. Itaque generalis est hæc præceptio: Quotiescumque major, quam virgula, separatio requiritur; punctum & virgula merito adjungitur.

Hæ sunt præcipuæ regulæ, quas viri politissimi, & acerrimi judicij servant scribendo. Nihilominus hæc omnia possunt alio & alio modo ad scripturam accommodari, si natura periodi & ejus membra id poscant. Nam interscribendum tot occurrunt varietates periodorum, ut vis ad has regulas omnia exigi possint. Itaque nemo homo,

quam-

## 48 DE ORTHOGRAPHIA

quamvis libet sollers est, ita iis adhæret, ut non aliquando ipsius periodi caussa recedat. Adeoque scriptor pro suo studio & prudentia hujusmodi leges ad singulares casus applicabit.

Tota autem mutationis ratio ad hæc duo revocatur, brevitatem periodorum, & sensum verborum quibus altera pars incipit periodi: quæ in caussa est cur supervacanea videatur major sejunctio, sed minori contenti simus: modo periodus ac sententia satis distincta videatur. quod unum in interpungendo advertere necesse est.

Habes exemplum de puncto finali in hac Ciceronis propositione: *Cum Lysone Patrensi est mihi quidem hospitium vetus: quam ego necessitudinem sancte collendam puto: sed ea caussa etiam cum aliis compluribus: familiaritas tanta nullo cum hospite: & ea cum officiis ejus multis, tum etiam consuetudine quotidiana ita est aucta, ut nihil sit familiaritate nostra conjunctius.* (1) Hujus sen-

(1) Litteris ad Diversos.

sententiæ membra poterant puncto unico terminari, uti paullo ante docui-  
mus: tamen ob eorum brevitatem, &  
cum primo connexionem, duobus clau-  
duntur. Immo vero aliquando virgu-  
la loco puncti ponenda est, cum perio-  
dus est brevissima: v. g. *Nihil amabi-  
lius virtute, nihil quod magis alliciat  
homines.* vel etiam: *Qui amat, & be-  
na, & mala amici sua reputat, nihil  
alienum putat, ut sentiunt Philosophi.*  
Poterant hæc membra gemino puncto  
separari: tamen brevitatis gratia vir-  
gula sufficit, quæ satis membra sejungit.

2. Eodem modo de gemino puncto  
debet judicari. Etenim occurunt sen-  
tentiaæ, in quibus sufficit punctum &  
virgulam apponere, vel nudam vir-  
gulam, loco gemini puncti: v. g. *Grav-  
is oratio sæpe inperitis videtur ea, quæ  
turget; non secus ac corporis bonam ba-  
bitudinem tumor imitatur sæpe.* In tur-  
get, quod gemino puncto terminari de-  
beret, punctum & virgula, vel sim-  
plex virgula satis esse videtur. Quod si

## 50 DE ORTHOGRAPHIA

sententiam producerem, duo puncta essent necessaria, hoc modo: *Gravis oratio s̄æpe inperitis, & qui decorum orationis ignorant, ea præter ceteras videtur, quæ turget & inflata est; cum aut novis, aut priscis verbis, aut duri- ter aliunde translatis, aut gravioribus, quam res postulat, aliquid dicitur: non secus ac inperitis Medicinæ corpora tumentia bonam habitudinem præ se ferre videntur.*

§. Sin vero secundam partem verbis non tam connexis inciperem, fortasse unicum punctum, immo & litera grandiuscula esset necessaria: v. g. *Eodem modo qui Medicinæ artis rudes corpora humore tumentia intuentur, interdum sibi persuadent, se non ægrotum corpus, sed sanum, & bonam habitudinem præferens videre.*

3. Valet eadem ratio etiam in punto & virgula: quæ, cum membra sunt brevissima, & satis se ipsis distinguntur, locum cedit simplici virgulæ: v. g. *Duplex in hac materia Philosopborum est*.

*est sententia: altera Hugonis Grotii, altera Samuelis Puffendorfii.* Post *Grotii*, si membrum aliquantulum producereatur, apponi deberet *punctum & virgula*: tamen brevitatis cauſſa *virgula* satis est.

Contra vero illæ ipsæ propositiones, quæ, si breves essent, puncto & virgula bene ſejungerentur; ſi multum producuntur, non modo dupli puncto, ſed finali puncto clauduntur, uti antea demonstravimus. Immo vero, quæ ſequuntur, interdum nova ſectione & paragrapho exarari debent: v.g. Si plures rationes adduco, & unaquæque earum iustum argumentum facit, quælibet novo paragrapho debet scribi. Quod ſecus eſſet ſi forent breviſimæ: tunc enim vel puncto & virgula, vel gemino puncto separari poſſent.

Postremo & *virgula* aliquando omittitur, cum tanta eſt brevitas periodi, ut ſine illa bene intelligatur; immo vero, ſi apponetur, negotium legentibus faceſſeret: v. g. *Vidi eum, hiscemet oculis, in foro, colloquiem*,

## 52 DE ORTHOGRAPHIA

*cum Titio.* Hæ virgulæ iis in locis ponuntur, ubi ex regularum præscripto ponni deberent: tamen cum periodi membra verbis simplicibus absolvantur, inepte illæ virgulæ inseruntur: quia tautum abest sententiam illustrent, ut potius reddant obscuriorē. Multo enim clarior est sensus, si tantum in vocabulo *foro* ponatur, quam si in reliquis. Reliquos casus jam supra commemoravimus.

Vides igitur hujusmodi regulas, tametsi summo consilio constitutæ sint, & ab omnibus quam maxime accommodatæ ad sejungendas sententias existimentur; nihilominus pro scribentis prudentia ad membra singula orationis esse aptanda. Itaque eas, quod ad ejus fieri poterit, servet scriptor: nisi forte vel *brevitas periodi*, vel *sensus verborum* cogat majorem, aut minorem interpunctionem adhibere. Quod tamen ita faciet, ut orationis partes sati distinetæ sint, & illius sensus nullo negotio percipiatur. Hic enim præcipuus est finis interpunctionis, uti diximus.

PARS

# PARS ALTERA

IN 20 A

De Latina Orthographia particulatim  
disquiritur.

## C A P U T I.

*De ratione investigandi Orthographiam.*

**E**X duobus fontibus emendata Orthographia vocum dimanat, *ratione*, & *auctoritate*. Ratio sumitur ab origine vocum, & accurata earumdem distinctione. Auctoritas vel ex vetustis monumentis, ut sunt codices, lapides, tabulae, numismata: vel ex consensu Grammaticorum veterum.

Ac primum verborum origo non firmam praebet regulam, cur de orthographia judicemus. Nam, ut scite moneret Dausquius, tot sunt vocabula quæ ab origine sua deflectunt; ut qui originem in omnibus sequi velit, aliam linguam,

D. 3 quam

## 54 DE ORTHOGRAPHIA

quam qua Latini utebantur , singat necesse est. Utiliter tamen aliquando in dubiis rebus adhiberi potest , si modo considerate adhibeatur.

*Distinctio* autem vocum tametsi in quibusdam , quæ similiter scribuntur , & una adhibita littera possunt sequngi , habeat locum ; in omnibus tamen non item . Cum enim consuetudo obtineat , ut pleræque voces , quæ diversa significant , sine ulla distinctionis nota scribantur , ut plurimis adductis vocabulis evincit Cellarius ; (1) fit consequens , & alias sine distinctione scribi posse : nisi ex iis sit quæ a longo tempore habent distinctionem , ut *Habeo* , & *Abeo* . adeoque ex illa argumentum bonum peti non potest .

Jam ut de *auctoritate* dicamus , perspicuum est , veteres codices plurimis erroribus scatere . Ac primum librorum incuria , & inperitia menda nimis multa in eos irrepere debuisse est certum . Quis enim ignorat , quot flagitia

(1) In Orthographia p. m. 52. 53.

gitia librarii nostri , qui aliquid exscribunt , admittant ? Quis nesciat , diligentissimos scriptores vel oscitantes , vel occupationibus distractos menda non nulla , dum scribunt , facere ? Quid ergo de illis suspicabimur , qui operam suam aliis locabant , & ex festinatione scribendi emolumentum non pœnitendum capiebant ? qui ea quæ ex dictante excipiebant , vel male intelligebant , vel male exarabant ? Quid ? si ex codice turpiter exarato sua descripserunt ? Nam dubitari non potest , quin Romani plurimi , ut nostri , litteras male depinxerint , vix ut satis possent intelligi . Jam si in hujusmodi scripta librarius imperitus incidit , si ea festinanter exscripsit , si aliis indoctioribus dictavit ; quot monstra mendorum inde nascuntur !

Ad hæc mutatio characterum quin plurima menda genuerit dubitari non potest . Nam veteres Romani characteribus majusculis utebantur , ut etiam nunc in inscriptionibus habetur . Postea labentis imperii ætate invaluit scriptura

## 56 DE ORTHOGRAPHIA

*Longobardica*, huic nostræ similiors; qua exarati sunt plerique omnes veteres codices, qui exstant: rari siquidem antiquiore Romano. Hæc autem mutatio ut maximam in litteris, & vocabulis mutationem induceret necesse fuit. Nam plurimæ in vetustiori charactere sunt similes, quæ in alias adfines possunt mutari, (1) & sine dubio ab indectis mutatæ sunt.

Addas Romanorum scribendi viam, quæ plerumque obtinebat, sine intervallis, sine interpunctis verborum, perpetua & continua oratione; ut etiam nunc in plurimis codicibus, præsertim in Pandectis Pisanis, habetur: (2) quod caussam profecto dedit copulationi, & quasi adhæsioni vocum; ex qua & litterarum non nullarum ablato, & rursum earumdem adjactio, & transpositio, ac deinum mutatio insignis existit. Addas vetustatem, quæ & plurimas lit-

(1) Vide Mabillonum de Re Diplomatica L.V.

(2) Author est Angelus Politianus, testis ocularius, in Miscell. cap. xxxxi.

teras delet e membranis , & vocabula contaminat . Addas denique eorum audaciam , qui , cum aliqua hujusmodi flagitia offenderent , idque deteriori ævo , ex ingenio potius , quam ex antiquis monumentis , aut ex analogia , ea emendarunt . Tum demum intelliges , plurima menda antiquis codicibus inferi debuisse , quæ veteris Latii orthographiam turpiter depravarent .

Nec dubitare sinunt hujusmodi conjecturas esse veras , codicum variantes *lectiones* , uti vocant , quæ ad margines emendatissimorum librorum typis descriptorum videmus : in quibus non solum aliæ & aliæ voces , sed alio & alio modo depictæ oculis occurrunt . Altero post Virgilii obitum sæculo quædam verba , quæ non in omnibus Ma- ronis codicibus eadem legebantur , non uno loco Gellius adnotavit . (1) Id ipsum Servius ad pleraque Virgilii loca scribit : idem Caper , & Hyginus , & alii Grammatici scriptum reliquere . Sed ,

(1) Noctium Atticarum L.I.c.21. & sæpe alibi.

## 58 DE ORTHOGRAPHIA

quod mirere , ex solis vetustis Maronis nostri codicibus vir doctissimus Pierius Valerianus tot variantes collegit , ut justæ molis volumen concinnaverit . Itaque ex codicibus veteribus certo nobis non constat , qualis nam fuerit singularum vocum orthographia . Tamen si plerique omnes consentiunt , in iis præsertim quæ aliunde non liquido habentur , non inepte iis adsentimur .

*Lapides vero, & tabellæ , & numismata , quæ vel antiquissimis Romanæ reipublicæ temporibus , vel sequiori ævo & labente jam Latinitate incisa fuere ; cum ab inperitis fuerint vel adornata , vel sculpta , propterea quod recte scribendi studium & scientia evanuerat ; & ipsa suis nævis non carent . Quæ vero feliciori ævo exsculpta fuere ; aut saltim quæ , tametsi etate deteriori , publica auctoritate fuere insculpta , & in omnium oculis & manibus versabantur ; maximam fidem faciunt accuratæ orthographiæ . Nam quis sibi persuadeat , inscriptiones hujusmodi , quæ*

quæ non rudium modo , sed politissi-  
morum hominum oculis & judicio sub-  
jiciebantur, flagitiis abundare? At enim,  
inquiunt , numismata plurima habent  
novas litterarum figuræ , contractio-  
nes , nexus , cultissimis scriptoribus  
incognitos : tum & lapides , ac ta-  
bulæ , quia ab inperitis cælatoribus  
sculptæ fuere , & ipsæ nævis non nul-  
lis inquinari possent. Fateor : sed hæ  
nihilo obstant emendatæ reliquorum  
orthographiæ .

Ac profecto angustia spatii in-  
nummis caussa fuit, cur illa compen-  
diaria scribendi forma uterentur , &  
litteras ligarent: quæ tamen mutatio-  
nes non rejiciunt correctiorem ortho-  
graphiam . Nam ubi angustia spatii non  
cogit , ut in lapidibus , & tabulis æneis,  
omnia plerumque plane & distincte ha-  
bentur expressa .

Neque vero sculptores , & cæla-  
tores , tametsi a plerisque non multo  
his nostris eruditiores judicentur , tam  
fuisse rudes existimabimus , ut nimis  
mul-

## 60 DE ORTHOGRAPHIA

multa flagitia scribendo admiserint. Enim vero Augusteo ævo, immo & post, Latina lingua illis erat vernacula: & multo politius & emendatius vel homines de trivio, mea quidem sententia, loquebantur; quam plerique eorum qui hac nostra ætate Latinam linguam docent cum laude. Quod ex veterum scriptis, & ex ipso Cicerone colligimus: qui plurima exempla suppeditat quæ evincunt luculenter, quanta in illis recte scribendi, & pronuntiandi cura, ac studium extiterit. Accedit quod cum publica decreta a coloniis condebantur, quod ad Augustum mittenda erant, teste Svetonio, (1) a doctissimis componebantur: ne Augusti, quem severum verborum censorem moverant, oculos offenderent. Itaque monumenta illa, quæ melioribus sæculis condita fuere, nobis emendatiorem orthographiam polliceri videntur.

Ad hæc quis censeat lapidum inscriptiones, ut ut ab inperitis fabris in-

(1) Cap.46.

incisæ fuerint, arbitrio & eruditioni illorum commissas fuisse usque adeo, ut aliorum censuram non subierint? Quod si hoc nostro ævo inscriptiones quælibet non nisi a viris litteratissimis ador-nantur, ac post multam meditationem monumentis mandantur; item igitur in illa ætate evenire debuisse suspicari debemus: & quo magis publicæ eæ erant, eo majori cum cura lubratas fuisse merito suspicabimur. Ut mirer esse viros doctos, (1) qui tantum codicibus suis tribuant, qui in recessu familiari a quopiam fuere descripti: nihil autem aut fere nihil deferant lapidum inscriptionibus, quæ in omnium oculos, & reprehensionem incurrebant.

Sane cum Cn. Pompejus, vir ille quidem vel Ciceronis judicio doctissimus, & elegantissimus, in publico quodam monumento tertium sibi delatum consulatum incidere curaret; & dubitaret, num se Consulem *tertio*, an ve-

(1) Christianus Beamanus, Manud. ad Lat. ling. c. x viii.

## 62 DE ORTHOGRAPHIA

ro tertium nuncuparet; detulit ad Ciceronem, qui respondit, ne legentium & diversa existimantium censuram subiret, scribendum esse, CONSUL TERT. quo facilius scripturæ compendio reprehensionem vitaret; si quisque, quæ sibi deesse viderentur, suppleret. (1) Superfedenius aliis exemplis, ne te longa oratione fatigemus. Quod si in uno verbo incidendo, quod exiguum sane negotium videretur non nullis, tam morosi erant viri docti, ut amicos & peritiores consulerent; dubitare non possumus, reliquas inscriptiones, quæ publica auctoritate conditæ erant, immo & monumenta alia de peritorum consilio fuisse insculpta. Adeoque si aliqua in illis vocabula vel simplici, vel gemina consonante, vel alio & alio modo scripta reperiuntur; utroque modo a Romanis elegantissimis pronuntiari, non in merito judicabimus, præsertim si alia adjuncta nos juvent.

Supereft Grammaticorum auctori-  
tas:

(1) Gellius L.X. c. i.

tas : quæ quidem non cæco modo usurpanda est , sed cum dilectu . Etenim sunt ipsi aliquando sibi invicem repugnantes : quo casu ex aliis principiis lis est dijudicanda : ac præsertim ex meliori consuetudine . Nam certo scimus , diversas scribendi formas diversis temporibus existisse ; quarum aliæ alias abrogarunt : (1) dicente Quintiliano , (2) Orthographia quoque consuetudini servit : ideo sæpe mutata est . Itaque Grammaticorum veterum sententia , præsertim si consuetudini , hoc est , consensui eruditorum & eorum qui Latine scribendi laudem habent , congruit ; maximi momenti est . Consuetudinem cum dico , eam appello , quæ vigebat tempore quo meliores Grammatici scribebant , nondum collapsa Latinitate . Scite admodum Quintilianus :

Nam

- (1) Latinos eamdem scribendi rationem perpetuo non tenuisse , exemplis non nullis approbat vir doctissimus Christianus Falsterus ; in Cogitationibus Philologicis .  
p.172.

- (2) L.I. c.7.

## 64 DE ORTHOGRAPHIA

Nam fuerit pæne ridiculum, malle sermonem quo locuti sunt homines, quam quo loquuntur. Adeoque quæ vigebant felicioribus saeculis, & prorsus fundamētis non carent, anteponenda sunt.

Fundamenta igitur, quibus Orthographia inniti potest, sunt lapides, nummi, inscriptiones ceteræ: dein auctoritas eruditorum veterum: postremo codices vetustissimi. Cetera non aspernamur: sed iisdem non multum deferimus: nec ex analogia, & etymologia ratiocinabimur, nisi in rebus quæ ex aliis monumentis recte duci non possunt, & omnino harum subsidium exigunt. Habenda etiam est in non nullis ratio euphoniac, seu suavitatis appellandarum litterarum: quam & veteres, & Cicero ipse in Oratore, maxime habuerunt. Hisce præceptiōnibus controversiæ omnes debent finiri, si modō non oscitanter, & iicon siderate, sed sapienter adhibeantur.

## C A P U T . I I.

*De singularum vocum Orthographia.*

**R**Eliquæ sunt voces ipsæ, quarum singularum scribendi formam subjicimus, si primum monemus, orthographiam vocum, quæ litteris maiusculis descriptæ sunt, nobis præter cæteras probari. Quod vero alias addidimus, quas non probamus, caussa hæc fuit, ut adolescentes doceremus, non omnia, quæ nostris placitis repugnantia videntur, tamquam errata orthographiæ esse notanda: propterea quod plurima, quæ nobis non placent, viris litteratissimis placent, qui in aliam sententiam disputant. Nos meliora exhibemus: reliqua interdum non inprobamus. Si vero duæ voces similes maiusculis litteris scriptæ occurunt, neutram præferimus: nec enim nobis liquet, utram anteponere debeamus: sed alterutra uti jus esto.

E

Pri-

66 DE ORTHOGRAPHIA

Primum autem de præpositionibus in compositione; deinde de reliquis vocabulis dicemus.

A

*Præpositiones quæ in compositione  
mutantur.*

**A**B ante F mutatur: AFUI, Abfui:  
AUFUGIO.

AD ante F permanet ex Agrœcio, Cæsellio, & aliquibus inscriptiōnibus, sic Cellarius. Alii vero ex Prisciano euphoniacæ caussa D mutant in F. ADFICIO, Afficio: ADFINIS, Affinis: ADFLUO, Affluo: ADFUTURUS, Affuturus: ADFACTUS, Affactus: ADFLICTUS, Afflictus: ADFATIM, Affatim: ADFERO, Affero.

AD ante G mutatur ex Agrœcio, Cassiodoro, Prisciano, idque euphoniacæ gratia. AGGERO, AGGREDIOR, Adgredior: AGGRESSORES, Adgreffores.

In-

Invenitur tamen in libris veteribus *Adgredior*, *Adgressus*, *Adgressores*, quod non condemnamus. *AGNOSCO*, *AGNATUS* verisimilius est, quod sint pro *Adnosco*, *Adnatus*.

AD ante L & mutatur, & permanet, idque meliori ævo. Plerumque tamen euphonizæ caussa mutatur, approbante Cellario: si excipis *Adlocutionem*, quæ etiam in nummis sub Caligula, & Nerone legitur. *ALLEVO*, *Adlevo*: *ALLICIO*, *Adlicio*: *ALLECTUS*, *Adleetus*: *ALLEGRO*, *Adlego*: *ALLUO*, *Adluo*: *ALLABOR*, *Adlabor*: *ALLOCUTIO*, *Adlocutio*.

AD ante M permanet invariata, ut *ADMONEO*.

AD ante N dubia res est. Frequenter servatur, ut ait Priscianus, & Agrœcius: & in libris Juris est *ADNOTARE*, *ADNOTATIO*: & in veteribus codicibus D semper servatur. Itaque scribemus, *ADNUO*, *Annuo*: *ADNOTO*, *Annoto*: *ADNITOR*, *Annitor*: *ADNUNTO*, *Annuntio*. Vulgo tamen mutatur suavitatis gratia.

## 68 DE ORTHOGRAPHIA

AD ante P meliori ævo mutatur, ex lapidibus: si pauca verba excipiæ quæ in Pandectis sunt; *Adprobare*, *Adponere*, *Adpendere*: ubi tamen alia per duo pp inveniuntur. A Constantini temporibus servari cœpit, ex Cellario. APPAREO, *Adpareo*: APPELLO, *Adpello*: APPLICO, *Adplico*: APPROBO, *Adprobo*: APPENSUS, *Adpensus*: APPONO, *Adpono*: APPRIME, *Adprime*.

AD ante Q servatur integra in lapidibus, uti refert Pierius. ADQUIESCO, *Acquiesco*: ADQUISITUS, *Acquisitus*: ADQUIRO, *Acquiro*.

AD ante R variat. Plerumque in libris servatur, Prisciano, & Agroëcio consentientibus. Sed etiam alii libri optimi non habent. Nos putamus recte integrum scribi: aliquando tamen aurium caussa abjicere possumus D. ADRIDEO, *Arrideo*: ADRIPIO, *Arripio*: ADROGO, *Arrogo*: ADROGANS, *Arrogans*: ADREPO, *Arrepo*.

AD ante S antiqua monumenta servant: ADSIGNO, *Affigno*: ADSERO, *Afsero*

sero: ADsertor, *Affertor*: ADSIDEO, *Af-*  
*sideo*: ADSEQUOR, *Assequor*: ADSIDUUS,  
*Affiduus*: ADsum, ex lapidibus apud  
Cellarium. Quod si S cum alia  
consonante sequatur, aliquando mu-  
tatur, ut ASPICIO, ASPECTUS: aliquan-  
do servatur integra, ut ADSPICIO, AD-  
SPECTUS, ADSTRUO, ADSTO, ADSCISCO,  
ADSCRIBO, ADSPIRO, ADSTRINGO, AD-  
SCENDO, quæ melius per S, quam sine  
illo scribuntur, ex Cellario.

Ad ante T servant meliores la-  
pides, Festus, Varro. Quædam in-  
scriptiones recentiores mutant, quod  
etiam deteriori ævo invaluit. ADtol-  
lo, ATTOLLO: ADTULI, ATTULI: ADTRIBUO,  
ATTRIBUO.

ADTESTATUS, ADTBGARE, ADTRI-  
TUM, ADTUBERNALIS, ADTRIBUTUM, AD-  
TINGO, ADTENTO, melius per D: quam  
per duplex T scribuntur, ex Cel-  
lario.

Re-

*Reliquæ voces.*

**A**BSENTIUM, ABSYNTHIUM, ABSYNTHIUS, recte scribi possunt ex Dausquio.

**A**CADEMIA, non *Accademia*, probat Dausquijs.

**A**COLYTUS, *Acolutus*, ex Dausquio.

**A**DOLESCENS, *Adulescens*: utrumque ex lapidibus, sed prius præferunt Festus, & Manutius.

**A**EGBUM mare, ex analogia.

**A**EMILIUS, nummi, & lapides, Urfinus.

**A**ERIUS, *Aereus*, ex codicibus.

**A**ETHERIUS, *Aethereus*, vetus & probatissimus codex Virgilii, quem a posseffore suo vocant, *Carpensem*.

**A**BRUMNA, *Erumna*, Manutius.

**A**FRICA, sine PH nummi, & lapides.

**A**HENO BARBUS, nummi, & lapides.

**A**LACRI, *Alachri*, ex veteri consuetudine primum.

AN-

ANACHORETA, ex analogia Nova  
Methodus: *Anachorita*, Vossius.

ALAMANNIA, lapides, & nummi:  
ALEMANNIA, alii nummi: *Alamanus*.

ALLIA, fluvius, ex lapide: *Alia*,  
Manutius, & Dausquius.

ALEXANDREA, Horatius: *Alexan-*  
*dria*, nummi.

ANTIOCHEA, nummi, & codices:  
*Antiochia*, vulgus.

ALUCINARI, Festus, Verus: *Al-*  
*lucinari*, *Adlucinari*, *Halucinari*, re-  
centiores.

AMENUS, lapides, & codices:  
*Amenus*, Manutius.

ANCORA, ex Servio.

ANNULUS, Varro: *Anulus*, Ma-  
nutius, Lipsius, Scaliger.

APSIS, ABSIS, ex Dausquio.

APUD, meliores lapides: *Aput*, alii  
lapides inferioris ævi.

APPULIUS, Cellarius: *Apuleius*,  
alii.

ARCESSO, ex analogia Lipsius: *Ac-*  
*censo*, Manutius.

ARE-

72 DE ORTHOGRAPHIA.

ARENA, Servius: *Harena*, Manutius.

ARRIUS, nomen familiæ Romanæ, nummi, & lapides: *Arius* Hæresiarcha.

ARTUS, Priscianus, & Probus: *Aretus*, vulgo.

ASPORTO, Priscianus, non *Absporto*.

ATQUE, ADQUE: utrumque ex lapidibus melioribus: sed prævaluit primum.

AUCTOR, lapides, & nummi: ex medio ævo *Autor*: *Author*, recentiores Hotomanus, Siganus.

ARUNDO.

ASYLUM, Dausquijs: *Asylum*, Gifanius.

B

**B**ACA, ex vetustis codicibus Victorius, & Heinsius: *Bacca*, consuetudo ex Dausquio.

BALINBUM, BALNEUM, ex æquo lapides.

BAL-

BALLISTA, veteres: *Balista*, Spon.  
 BELLUA, Festus: *Belua*, vulgus.  
 BIBLIOTHECA, BYBLIOTHECA, Manu-  
 tius, Dausquis.

BLATTA, Codices.

BENIVOLUS, BENIVOLENTIA, lapi-  
 des, & Grammatici, Lipsius: *Bene-  
 volus*, *Benevolentia*, ex consuetudine.

BRACHIUM, consuetudo ex Cella-  
 rio: *Bracchium*, Manutius.

BRUNDISIUM, libri, & lapides:  
*Brundusium*, consuetudo.

BUCCELLA, ex Festo: *Bucina*, Ma-  
 nutius.

## C

*Præpositiones quæ mutantur.*

**C**IRCUM, præpositio, ante litteram  
 consonantem remanet integra,  
 ut CIRCUMDARE, CIRCUMFERO: imino &  
 ante duas consonantes, CIRCUMSPICERE  
 CIRCUMSTARE: quia cum M grata au-  
 F ribus

74 DE ORTHOGRAPHIA  
ribus sunt: cum N ingrata & insuavia.

Ante vocalem aliquando mutatur, ut CIRCUITUS: sed saepius est integra, ut CIRCUMAGO, CIRCUMBO, CIRCUMEQUITO. Freinshemius ex vetustis libris Curtii, Varronis, Suetonii ubique servandam censet, CIRCUMIRE, CIRCUMITUS: nolim tamen abjicere CIRCUITUS, ex Cellerio: in reliquis integrum probo.

CON ante vocalem amittit N: COBO, COHAEREO, COHORTUS: ante consonantes permanet integra, CONCEDO, CONFERO, CONNECTO, CONTERO.

ANTE L aliquando remanet, CONLAPSUS, CONLATUS, CONLUDENTIBUS, CONLOCO, ex inscriptionibus melioribus. Aliquando mutatur in L, ex aliis inscriptionibus apud Sponium sect. II. Miscell.

Ante B, P, M, mutatur in M: COMBIBO, COMBURO: COMMERCIMUM, COMMOVEO: COMPARO, COMPONO. Inveniuntur tamen posteriori ævo, Conparare, Conprobare, Conpellare, ex Cellario.

Ante

Ante R, mutatur in R, CORRADO, CORRIPIO, CORRUMPO. In Lucretio tamen omnia per N, Conrado, Conrideo, Conruptus: quod etiam cadente Latinitate obtinuit. Sed ex aliis probatissimis codicibus, & euphonia illud N abjecerunt litterati homines, non repugnante Cellario.

*Voces aliae.*

CAECINA, nomen Romanum, libri, & lapides.

CAECUS, non Cæcus, Dausquius, & tabula vetus.

CAELEBS, COELEBS: utrumque veteres, sed prius prævaluit, Manutius.

CAELO, cælas, verbum, ex lapide.

CAELUM, lapides, & codices: Cælum, quidam lapis.

CAENUM, ex codicibus Manutius: Cænum, vulgo.

CAERIMONIA, lapides: Cæremonia, Gruterus.

CAERULEUS, lapides: Cærulus, Cænotaphium L. Cæfaris.

76 DE ORTHOGRAPHIA

CABSRÆA, *Cæsaria*, utrumque ex  
nummis.

CAESPES, Festus: *Cespes*, vulgus.  
CAMENA, Varro, Festus, Virgi-  
lius: *Camæna*, inscriptio quædam.

CARTHAGINIENSIS, lapides: *Cartha-*  
*ginensis*, vulgus.

CARUS, CARITAS, nummi, & la-  
pides, Manutius: *Charus*, *Charitas*,  
vulgus.

CAUSSA, lapides innumeri, & co-  
dices: *Causa*, alii lapides.

CETERA, lapides meliores, Manu-  
tius, Vossius: *Cætera* Grammatici vul-  
gares.

CALCHEDON, nummi omnes: *Chal-*  
*cedon* libri.

CYMBÆ, Cymbala, CYPARISSUS, Da-  
usquius.

COELIUS, lapides, & numm. *Cæ-*  
*lius*, alii lapides.

COENA, lapides, ex Dausq. CENA  
alii lapides, ex Manutio: *Cena*, unus  
lapis, sed male.

COPI, id est incepi, CORPTUS, la-  
pi-

pides : etiam **C O E P T A**, Ancyranus lapis . At vero , **I N C E P I** , **O C C E P I** , **I N C R E P T U M** ; & **C E P I a C a p i o** , sine diphthongo , Beda .

**C O M M O D A** , non **C o m o d a** , Dausq.

**C O M M I N U S** , non **C o m i n u s** , Dausq.

**C O M I S S A R I** , **C O M I S S A T I O** , Festus , Donatus : **C o m e f f a t i o** , vulgus . At **C o m i s f a t i o** , **C o m i s s a t i o** , **C o m m i s f a t i o** , libri apud Manutium .

**C O N C I O** , Festus ex analogia : **C o n - t i o** , quædam monumenta , Cellarius .

**C O N D I C I O** , lapides , & libri veteres : **C o n d i t i o** , analogia postulat , & etiam habetur in quadam inscriptione Romana .

**C O N S I D E R O** , sine y , Cellarius .

**C O N S U M M O** , as , non **C o n s u m o** , lapides : **C o n s u m o** , is , Manut . Dausq .

**C O N V I C I U M** , Festus , Vossius , Manutius : **C o n v i t i u m** , vulgus .

**C O Q U U S** , Beda : **C o c u s** , Eutyches Grammat .

**C U N C T A R I** , Festus , Manutius : **C o n - t a r i** , Verrius ; **P E R C U N C T A R I** , **P e r c o n - t a r i** , idem .

Cux

## 78 DE ORTHOGRAPHIA

Cum, Quum. Hæc vox & præpositio, & adverbium est: ut in hac, *Cum esset cum L. Lucullo in Ciliciam profectus.* (1) Itaque si concurrant adverbium; & præpositio, nullo aptius modo discriminantur, quam si adverbium scribas hoc modo, Quum; præpositionem vero, Cum. Ubi vero non concurrunt, non est necesse aliquid mutare, sed perpetuo scribitur Cum: quid vero illud sit, contextus patefaciet: Cellarius.

## D

### *Præpositiones.*

**D**is præpositio manet integra ante C, I, P, Q, S, T: v. g. DISCEDO, DISCERNO; DISJUNGO, DISJICIO, & DIJICIO; DISPONO, DISPUTO; DISQUIRO; DISSECO, DISSANTIO, DISSCRIBO; DISTERMINO, DISTRaho.

Mu-

(1) Cicero pro Archia.

Mutatur vero ante D, G, L, M, N, R: v. g. DIDITUS; DIGERO; DILABOR; DILACERO; DIMITTO, DIMOVEO; DINUMERO; DIRIPIO, DIRUMPO.

Mutatur ante F, ut DIFFERO, DIFFICILIS.

Ante SP, ST, suavius abjicitur: ut DISPICIO, DISPARGO, DISTINGO, Di-STRINGO. DISERTUS, & DIRIMO scribuntur sine S, tamen ignota eorum origo est, nec enim sciimus, an ex Dis-veniant.

Illud *Dijicio*, & *Dijunctus* inventur etiam in libris, sed nobis non placet quia insuave.

### *Reliquæ voces.*

DELMATIA, *Dalmatia* lapides, & nummi.

DILECTUS, etiam pro electione, libri veteres, Festus, Lambinus: De-lectus, Manutius.

DELICIUM, DELICIAS, lapides.

DESIDERIO, DESIDERIUM sine y, lapis ex Manut.

De-

80 DE ORTHOGRAPHIA

DESTRUCTUS, consuetudo: *Distructus*, inscriptio in ponte Salario.

DIOSCISIS, non *Dioceſis*, Manutius.

DICTAMUM, DICTAMNUM, Dausq.

DISPARGO, Palæmon, Charisius, Gruterus: *Dispargo*, Dausquiūs.

DIVERSORIUM, *Deversorium*, Devertere, *Deversari*, Salmasius in Claudio.

DOMITIUS, DOMITIA, DOMITIANUS, lapides, & nummi.

DUMTAXAT, lapides: DUM TAXAT, lapides: *Duntaxat*, in una inscriptione Domitiani.

E

Præpositiones.

**E**X præpositio ante F, convertitur in F: v. g. EFFICIO, EFFODIO, EFUNDIO. EX ante S non excludit S, EXSATIO, EXSILIO, EXSOLVO, EXSPECTO, EXSTO

STO, EXSTRUO, EXSUDO, EXSUPERO, EXSURGO, EXSISTO, EXSPIRO, EXSEQUOR, EXSULTO, EXSATURATA, EXSUDARE, EXSUPRARE, EXSULARE, EXSCULPO, EXSPO-  
LIO, EXSCRIBO, EXSEQUIAB, EXSILIJ. Ita Cæfellijs, non repugnante Scauro, & Prisciano. Manutius vero partim ex lapidibus melioribus hæc dicit, partim ad horum rationem cetera componit. Unde recte ait Cellarius, non curare se, quod etiam *Extrui*, & *Extructus*, aliquando legantur in Grutero: nam meliora monumenta S habent. Interim vulgus hæc omnia sine S scribit.

*Reliquæ voces.*

ECLIPSIS, non *Ecclipsis*, ex analogia, Cell.

ECLOGA, non *Egloga*, aut *Aeglo-ga*, Manut.

ELOGIUM, libri: *Eclogium*, origo, Lambinus, Lipsius.

EGGERO, libri, lapides, Manutius: *Egero*, Dausquis.

## 82 DE ORTHOGRAPHIA.

EMTUS, *Emptus*: & sic alia, DEMTUS, COMTUS, SUMTUS, PRONTUS, INTEREMTUS, INCOMTUS, ADEMTUS, REDEMTUS, de sententia Grammaticorum veterum sine P melius scribuntur, ut habent etiam lapides: tamen cum P in non nullis lapidibus habentur. Ic-  
circo pari stant auctoritate: Cellarius.

EPHEBUS, Dausq. Nova Meth. *Ephæbus*, alii.

PISTOLA, ex vera origine Græca, & consuetudine: *Epistula* ex la-  
pidibus non nullis apud Manutium:  
tamen prior scriptura, quia satis est  
vulgata, præferri potest.

ETRURIA, ETRUSCUS, lapides, Ma-  
nutius: *Hetruria*, *Hetruscus*, vulgus.

ETHICA, Vossius: *Aethica*, alii.

EXANCLARE, Victorius, Muretus,  
alii: *Exantlare*, vulgus.

EXODUS, Dausq. *Exodus*, Manut.

EXUO, EXUVIAS, sine S ex Vossio.

## F

FACILLIMUS, libri, & Poetæ, Manutius: *Facilimus*, alii.

FAEX, libri veteres, Manut.

FECUNDUS, FECUNDITAS, sine AE, ex nummis, & Grammat.

FELIX, FELICITAS, nummi, & lapides: *Felix*, *Felicitas*, in libris.

FEMINA, libri, & lapides: *Femina*, alii.

FEMEN, FEMUR, sine diphthongo, ex Festo.

FENUS, FENROR, sine diphthongo, ex Grammat. veter. Est tamen *Fenerator* in quodam lapide.

FETIALIS, lapides: *Fecialis*, ex alio lapide Grut.

FETUS, Varro, Virg. Carp. ex Manut. *Fætus*, alii.

FLAMMEUS color, Manut. Dausq.

FOEDARE, per OE, libri, & lapides.

FOEDUS , per OE , libri , & lap.

FOENUM , ex libris veteribus Dau-  
squiis : *Fenum* , ex Festo .

FRENUM , sine diphthongo , libri ,  
lapides , Manutius , Lipsius .

## G

**G**aius , Caius ; Gneus , Cneus , æqua-  
stant auctoritate , & magna . Sed  
si compendiaria scribuntur , tunc pin-  
gitur C. aut Cn. numquam G.

Manutius etiam putat scribi posse  
per diphthongum , Cnæus : quod aliis  
non placet .

GENITRIX , GENETRIX . Hoc ulti-  
mum videtur esse in Veneris cogno-  
minibus , singulari quadam consuetudi-  
ne : prius ceteris matribus tribuitur .

GLABBA , ex libris Manut. Gleba ,  
vulgo .

GOTHI , ex inscriptionibus .

GRACCUS , nomen Romanum , ex  
nummis : & Gracchus , ex Græcis .

Hæ-

## H

**H**ADRIANUS, nummi, & lapides :  
*Adrianus*, pauci lapides.

**HABDUS**, codices : *Hedus*, vulgo.

**HAEMUS**, mons, ex origine ; non  
*Aemus*.

**HANNIBAL**, ex libris antiquis, &  
 lapide uno, Manutius : *Annibal*, in li-  
 bris. Sic etiam *Hanno*, Carthaginiensis.

**HAMMON**, ex inscriptionibus Cel-  
 larius : *Ammon*, alii libri .

**HEBRAEUS**, *Ebreus*, pari au<sup>t</sup>ori-  
 tate, Cellarius : sed prius usitatus .

**HARIOLUS**, ex libris, & Donato .

**HARUSPEX**, lapides, Donatus, Ma-  
 nutius .

**HAUD**, Beda : *Haut*, alii : Vi<sup>t</sup>to-  
 rinus utrumque .

**HAVB**, libri, lapides, Manutius :  
*Ave*, Pontanus .

**HEDERA**, Bechmanus : *Edera*, Dau-  
 squius .

86 DE ORTHOGRAPHIA.

Eliogabalus, quidam, sed male:  
nam vera Inperatoris appellatio est,  
**ELAGABALUS**: Cellarius.

**HELVO**, *Helluo*:

**HERCULIUS**, in nummis: **HERCU-**  
**LEBUS**, in lapidibus pari auctoritate.

**HRBS**, **HEREDITAS**, libri, & lapi-  
des, sine diphthongo.

**HABRESIS**, communiter: *Heresis*,  
Prudentius, Giselinus.

**HIBRIDUS**, sine Y, Vossius.

**Herus**; ex usu Pontanus: **ERUS**,  
libri, & lapides, ex Dausquio.

**HIC**, **HEIC**, adverbium: utrum-  
que in lapidibus. Prima forma præ-  
ferenda videtur, nam secunda sapit  
antiquum & obsoletum.

**HIEMS**, codices, & tabulæ: *Hyems*,  
vulgus: *Hiemps*, vetus Kalendarium.

**HISTRIA**, libri, & lapides passim:  
*Hysiria*, *Istria*.

**HOLUS**, **HOLERA**, Manutius ex la-  
pidibus: *Olus*, alii.

**HORDEUM**, ex Velio, Scauro, ce-  
teris: *Ordeum*, Varro, Columella.

*Præ-*

## I

*Præpositiones.*

**I**N ante consonantes servatur: de non nullis tamen dubium est. Ante **L** integra est in lapidibus, **INLATUS**, **INLISTRIS**, **INLUSTARE**, **INLITTERATA**, **INLICIO**, **INLICIATOR**, **INLICUM**: idque pas- sim, consentiente Varrone, & Festo. Manutius tamen provocat ad aures, quæ illud **N** respuere videntur. idem facit Scaurus. Quominus tamen genera- tim adsentiar facit, quod Romanorum aures, quorum judicium erat superbissi- mum, **N** illud non respuebant. Iccir- co posse scribi integrum existimo.

IN ante **M** remanet, **INMUNITAS**, **INMATURUS**, ex inscriptionibus.

IN ante **P** plerumque servatur, ex optimis inscriptionibus, **INPERIUM**, **IN-  
PENSA**, **INPENDIUM**, **INPONITO**, **INPROVI-  
SAB**: quod probat præter ceteros No-

risius. Sed etiam in melioribus monumentis est, *Imperator*, *Impensa*, paſſim: *Impedita*, *Imperium*, *Impense*, *Impendium*, aliquando. Itaque in his integrum scribenti sit, alterutra forma uti. Nos tamen ad similitudinem primorum, & quæ frequenter occurrunt, componentes, tum & æqualitatis verborum gratia, primam præferimus.

Etiam ante R aliquando servatur, *INRITUS*.

### *Aliæ voces.*

**I**BERUS, ex origine, & consuetudine Græca: *Hiberus*, ex quadam inscriptione, & non nullis libris.

**I**CCIRCO communiter: *Idcirco*, ex quadam inscriptione, non tuta tamen.

**IDEM**, ex ratione: *Identidem*, ex consuetudine, *Cellarius*.

**J**ERUSALEM, non *Hierusalem*, quamvis *HIBROSYMA*, *Dausquiūs*.

**IMMO**, libri, Manut: *Imo*, communiter, *Dausquiūs*.

INCEPI, Dausquiūs: *Incœpi*, Scaliger, favente eodem Dausquio.

INCHOO, lapides apud Cellarium: *Incobo*, Servius, Vossius.

INCLYTUS, Beda, & lapides: *Inclutus*, Festus, & quidam lapis: *Inclitus*, aliū lapis, Cellarius.

INCREBESCO, Vossius, Manutius; *Increbresco*, alii.

IN DIES, melius divise quam coniunctim, Cellarius.

INDUTIAE, non per C: Cellarius ex Gellio.

INFITIOR, Festus, & Manutius: *Inficio*, *Inficias*, alii.

IN PRIMIS, ut *Cum primis*, melius quam *Imprimis*, aut *Inprimis*, Cellarius.

JUCUNDUS, ex lapidibus: *Jocundus*, aliæ inscriptiones: sed hoc secundum videtur esse nomen hominis.

INTERPRETATIO, non *Interprætatio*, Dausquiūs.

JUPITER, nummi, & lapides: *Jupiter*, aliqui numimi.

JU-

90 DE ORTHOGRAPHIA

JUXTA, Dausquis: *Justæ*, adverbium, Scaliger.

K

**K**ALENDÆ, lapides, Victorinus, Beda: *Calendæ*, præfert ipse Beda. Apud Manutium est in uno lapide, *Calendarium*.

KANNA, Victorinus: *Canna*, communiter.

KARTHAGO, non nulli lapides, & nummi, & libri veteres apud Dausq. Plerique lapides *Cartago*, *Cartaginensis*: Alii, CARTHAGO, CARTHAGINENSIS: quæ duo æqua cum primo stant auctoritate: Cellarius, Velius Longus.

L

**L**ABOR, LAPSUS, ex inscriptionibus: *Labsus*, ex origine: CONLAPSUS, CONLABSUS, inscriptiones.

LA-

LACRIMAB, ex origine, Varro, Cor-nutus, Pierius, & plurimis in locis apud Gruterum, Spouium. LACRYMAB, Ma-nutius ex libris veteribus, & lapidi-bus: & cum hujus æquivalente, La-cruma in veteribus monumentis. Ali-quando etiam cum H inveniuntur La-chrime, & Lachruma, in quibusdam lapidibus, sed rarius, Cellarius.

LAEVA, cum diphthongo, Festus, & lapides.

LAPICIDINA, LAPICIDA, non Lapi-dicina, Varro, & lapis.

LEDO, Scaliger: Lædo, commu-niter: Lædo, alias.

LETUM, mors, Manutius ex la-pidibus: Lethum, Festus, & lapis unus apud Dausquium: Læthum, alii.

LITTERA, Manutius ex libris ve-teribus, & lapidibus: Litera, Dausq.

Litus, libri, & lapides: in uno lapide est, Littora.

LIGURIO, quia dicimus, Esurio, Parturio, Nupturio. Placet tamen Manutio, Ligurrio, ex veteribus co-di-

92 DE ORTHOGRAPHIA  
dicibus, & Victorio: sicut etiam *Scaturio*, Salmasio.

LOQUOR, LOCUTUS, *Loquutus*. Q  
ante V plerumque mutatur in C.  
Pluries in nummis Cæsarum est ADLO-  
CUTIO, numquam *Adloquutio*: vide  
Cellarium.

LUCCIUS, nomen hominis, du-  
plici CC, ex inscriptionibus, & libris.

LUTATIUS, nomen hominis, ex  
nummis.

## M

**M**AECENAS cum diphthongo, ex la-  
pidibus.

MAEREO, MÆRBOR, MÆSTUS: *Mæ-  
reo*, *Mæreor*, *Mæstus*. Manutius, &  
Cellarius præferunt priorem formam,  
quia plures lapides, & libri habent  
AE. Est etiam *Meror*, in lapide Ro-  
mano.

MARCIUS, MARCIANUS, MARCIANA,  
lapides, & nummi.

Mau-

MAURETANIA per E, nummi, & lapides, Cellarius.

MAURICIUS per C, ex origine, & lapidibus.

MESALLA, gemina LL, lapides Capitolini.

MILLE, Grammatici veteres: alii, Mile. In plurali vero uno L ex Cassiodoro, & lapidibus, MILIA, & Miliarium. Verumtamen etiam in aliquo veteri & optimo monumento inventur in plurali Millia, Cellarius.

MINUCIUS per C, nummi.

MIXTUS, codices veteres, & lapides: Mistus, analogia.

MOESIA per OE, lapides apud Manutium.

MONUMENTUM, MONIMENTUM, pari auctoritate ex lapidibus, Cellarius.

Mucius, non Mutius, lapides, & nummi.

MULTA, libri, & lapides: Multa, alia inscriptio.

MUNATIUS per T, libri, & lapides.

MUSEUM, sine diphthongo, ex origine Cellarius. My-

MYTILENE, non *Mitylene*, ex  
nummis.

## N

**N**E, pro certe, Vossius, Lipsius ex  
veteribus lapidibus: *Næ*, Ma-  
nutius, & Dausquius.

**N**EDUM, **N**EC DUM, **N**ON DUM, di-  
vise: nam etiam *Non nihil*, *Non nul-  
li*, *Non umquam*, separatim scribun-  
tur: & *Non dum*, in Ancyranō mo-  
numento est: Manutius, Cellarius.

**N**EFAS, **N**EFANDUS, lapides: *Ne-  
phas*, aliqui libri, sed male.

**N**EGOTIUM, libri, & lapides plu-  
rimi: *Negocium*, etiam reperitur.

**N**ENIA, sine diphthongo, Vossius.

**N**UMMUS, frequenter in lapidibus:  
*Numus*, etiam in illis habetur.

**N**UMQUAM, ex analogia Manu-  
tius: Sicut etiam *Quamquam*, *Quem-  
quam*, *Utramque*, *Quaecumque*, *Nam-  
que*, *Quantulacumque*, *Utrorumque*,  
in

in quibus M ante P consistit. Sed etiam cum N habetur *Nunquam*, in duobus lapidibus, Manutius.

Nuntius, ex lapidibus, & libris Cellarius: Nuncius, ex lapide uno Manutius.

## O

*Præpositiones.*

**O**B mutatur in sequentem ante C, OCCIDO, OCCURRO. Mutatur etiam ante F, OFFENDO, OFFERO, OFFUNDO: Sed OBFUSCO, & OBFIRMO, utroque modo scribuntur. Ante G ambiguum est, OBGANIO, *Ogganio*. Ante P mutatur, OPPONO, OPPRIMO, OPPUGNO.

In ceteris vero manet, OBJICIO, OBLECTO, OBREPO, OBSIDEO, OBTINEO, OBVOLVO.

*Reliquæ voces.*

OBSCENUS, non *Obscenus*, Manutius, Dausquisius.

Olus,

96 DE ORTHOGRAPHIA

OLUS, ex origine Vossius: *Holus*,  
Festus, Nonius, & vetus Kalendarium.

OBTRUSUS, communiter: *Obtun-*  
*sus*, Nonius, Pamelius.

OPPERIOR, libri veteres ex Ma-  
nutio: *Operior*, alii.

OPPIDUM, lapides, Varro: *Opi-*  
*dum*, alii.

OPPROBRIUM. *Obprobrium*, Pande-  
ctæ Florentinæ, sed contra consuetu-  
dinem.

OSTIA, & *Hostia*: utrumque ex  
lapidibus, sed prius frequentius.

OPPORTUNUS, gemino PP, libri  
veteres, Cellarius.

OTIUM per T, ex libris veteri-  
bus, & Scauro Gramm.

P

*Præpositiones.*

PER ante L remanet communiter,  
PERLABOR, PERLATUS, PERLEGO, PER-  
LUO. Verum mutatur in PELLICIO, ex  
FESTO

Festo , Lucretio , & consuetudine . P E R -  
L U C I D U S , P E R L U C E N T I B U S , in quibusdam  
codicibus : in aliis vero , P E L L U C I D U S .  
unde non modo P E L L U C E O , ut vulgo,  
sed etiam P E R L U C E O dici potest .

Non nulli grammatici veteres ,  
& recentiores habent *Pellego* , apud  
Dausquium : contra Servium , & me-  
liores libros , qui scribunt P E R L E G O .

Post plerumque remanet , P O S T -  
F E R R A , P O S T L I M I N I U M , P O S T P O N E R E . Sed  
æque dicimus , P O M E R I D I A N A S , & P O S T -  
M E R I D I A N A S , ex Cicerone , & Q u i n c t i -  
liano .

At P O L L U C E O , P O R R I G O , P O L L U O ,  
non veniunt ex *Post* . Vide Vossii  
Etymologicum .

### *Aliæ voces.*

P A B N E , id est *fere* , libri veteres ,  
& lapides , Manutius : *Pene* , alii .

P A L E S T R A , Manut. Dausquius .

P A N O R M U S , ex origine , & nummis :  
in aliis tamen nummis , *Panhormus* .

H P A -

- 98 DE ORTHOGRAPHIA
- PAPIRIUS, sine Y.
- PAPYRUS, Dausquius.
- PARNASUS, lapis, Dausquius : *Par-nassus*, vulgo.
- PARRICIDA, libri veteres, Manutius : *Paricida*, Festus.
- PARCIMONIA, *Parsimonia*.
- PATRICIUS, consuetudo, & lapides : *Patritius*, alii.
- PAULLUM, PAULLULUM, lapides, & libri : *Paulum*, vulgo.
- PAULLUS, PAULLINUS, plures lapides: *Paulus*, *Paulinus*, alii lapides apud Gruterum.
- PELOPONNESUS per duo NN, ex consuetudine.
- PENURIA, Dausquius : *Pænuria*, Manutius.
- PENITUS, non *Pænitus*, Dausq.
- PERCUNCTARI, ex Festo, Virgilio Carpensi, Manutius : *Percontari*, Verrius.
- PERENNIS, libri, & lapides, Cellerius.
- PERSES rex, Latino more, ex lapi-

lapidibus : *Persæus*, Græco modo.

PHOBUS, non *Phæbus*, Manutius, Dausquis.

PIGNUS, PIGNBRIS, & PIGNORIS, ex Prisciano: ut FBNUS, FBNRIS, & FB-NORIS.

PIRUS, PIRUM per I, Cellarius ex Isidoro.

POBNA per OE, ut etiam POBNITBT, ex lapidibus, Manutius.

POMERIUM, libri, & lapides: Pomærium, Festus, Dausquis.

PORCIUS, lapides, & nummi: Portius, alii.

Postumus, Postumius sine H, ex libris, & nummis. Etiam Posthumius in lapidibus, sed ævi deterioris.

PRAEGNAS, ex Grammaticis veteribus, & recentioribus: Prægnans, ex usu, Dausquis.

PRAESTRINGERE, usus, & Grammatici: Præstringuere, Manutius.

PRENDO, PRENSUS, Manutius: Præbendo, usus. Verum APPREHENDO, COMPREHENDO, REPRÆHENDO, cum aspiratio-

100 DE ORTHOGRAPHIA.  
ne scribuntur ex lapidibus, & libris,  
Cellarius.

PRELUM, ex Isidoro Dausquis :  
*Prælum*, *Prælum*, alii

PRAESERTIM, non *Presertim*, Dau-  
squis.

PRÆTUM per T, libri, & lapi-  
des, Manutius.

PRO, admirationis nota, sine H,  
Festus, Manutius.

PROCONSUL, PRO CONSULE, pari au-  
toritate ex lapidibus, & nummis.  
Tamen PROCONSULATUS, PROCONSULA-  
RIS, unita scribuntur.

PROBLIUM, lapides Capitolini, &  
Carpensis Virgilius, Manutius, Dau-  
squis : *Prælum*, in Ancyrano mo-  
numento.

PROMUNTORIUM, Turnebus, Vos-  
sius, Gronovius : *Promontorium*, usus.  
PROBMIUM, *Probæmum*.

PROSA, antiquius, & usitatus :  
PRORSA, oratio, etiam est Latinum,  
Scaliger.

PTOLEMABUS rex, ex nummis, Cel-  
larius.

PUL-

PULCER, ex usu antiquiori, teste Cicerone; (1) & etiam ex quibusdam lapidibus, Varro; Scaurus: *Pulcher*, ex usu recentiori, aliquibus nummis, & lapidibus.

## Q

**Q**UAMQUAM, ex analogia: *Quamquam*, alii ex Beda.

QUAMTUS, ex anal. *Quantus*, vulgo. QUAMTUEACUMQUE, anal. Manutius.

QUATUOR, ex libris, & Poetis, & etymologia, Vossius: *Quattuor*, ex lapidibus, & aliquibus libris, Manutius.

QUEMQUAM, QUEMQUE, QUARCUMQUE, ex anal. & libris melioribus.

QUERELA, ex lapidibus, Cellarius: QUERELLA, ex lapidibus, & Carpensi, Manutius, pari auctoritate. Placet tamen primum propter *Cautelam*, Tu-

(1) In Oratore n.48.

*telam*, *Corruptelam*, quæ simplici L scribuntur, ut ait Papirianus.

**QUERIMONIA**, ex analogia: *Queremonia*, Beda.

**QUEROR**, id est *lamentor*; non *Quæror*, Manutius.

**QUIDQUID**, ex lapidibus, Manutius, Dausquius: *Quicquid*, ex uno lapide, Priscianus, Papirianus, Beda: **QUIDQUAM**, *Quicquam*: **QUODQUOD**, *Quocquod*: per C vult Marius Victorinus: sed Cellarius scite monet, ultimam formam esse horridam: reliqua duo per C tolerabilia putat.

**QUINCTUS**, *Quintus*: **QUINCTIUS**, *Quintius*: **QUINTILIANUS**, *Quintilianus*, ex æquo sunt usitata. Omnia ex lapidibus: sed ex analogia CT præfertur, ex Manutio, & Lipsio.

**QUOTIDIE**, *Quinctilianus*, Papirianus, Cassiodorus, Manutius. **COTIDIE**, Lipsius ex inscriptione una.

**QUOTIBS**, ex lapide, & euphoniam, Manutius: *Quotiens*, quidam lapi-des.

Quum

*Quum*, si est adverbium temporis, & concurrit cum præpositione. *Cum*, melius distinguitur, si scribitur per Q. Si vero non concurrunt, vel adverbium, vel præpositio sit, scribitur *Cum*. non repugnat Cellarius. Sane veteres lapides raro habent *Quum*: perpetuo autem *Cum*, etiam dum tempus significat. Qui vero perpetuo pen C scripsiterit non ei admodum adverser, cum ex contextu satis distinguantur.

## R

**R**AETIA sine H, ex lapidibus.  
RECUPERARE, RECIPERARE, utrumque ex probatissimis monumentis: non aliter ac LUBET, & LIBET; MANUBIAE, & MANIBIAE, per I & V feruntur æqualiter: Cellarius.

REDITUS, proventus ex agto, libri, & Poetæ: Redditus, alii.

RUFUS, RUEINUS, ex numinis, & lapidibus, Cellarius.

Ru-

RUBIGO, Plinius, Dausquis: *Rubigo*, Manutius, Pierius.

RHEGIUM, urbs Brutiorum: *Regium*, oppidum Galliæ Cispadanæ.

RHENUS cum aspiratione, potius ex usu, quam ratione.

RHODANUS, etiam Massiliensium more, qui Græci erant origine.

RHEMI, sine H, non enim est Græcum.

## S

### *Præpositiones.*

**S**UB ante C, F, G, P, mutatur; ut SUCCEO, SUCCURRO: SUFFICIO, SUFFUNDO: SUGGERO, SUGGREDIOR: SUPPETIT, SUPPORTO.

Ante B manet, ut in SUBDO. Etiam ante E, SUBEO.

ANTE L manet integra, SUBLEVO, SUBLIVATUS.

Ante M melius servatur, ex eupho-

phonia, & libris melioribus, SUBMO-  
VEO, SUBMERSUS, SUBMUTO, SUBMITTO.  
Aliquando tamen mutatur, sed rarius,  
*Summovet, Summissor.*

Ante N manet integra, SUBNITOR.

Ante R manet in SUBRUO, SUB-  
REPO, SUBRIDEO. Iccirco eadem etiam  
ratione in SUBRIGO, SUBRIPIO, SUBRO-  
GO, faventibus optimis libris, Cellari-  
ius: alii tamen tria hæc duplii RR.

Ante S manet, ut SUBSEQUOR, SUBSISTO.

Ante T manet etiam, SUBTERO, SUB-  
TICEO, SUBTRAHO: & in aliis.

### *Alic̄ voces.*

SÆCULUM, nummi, & lapides,  
Manutius: *Seculum*, ex etymologia,  
& uno lapide Dausquis.

SÆPE, cum diphthongo, ex li-  
bris, & lapidibus.

SÆPIO, cum diphthongo, ex la-  
pidibus, & libris Cellarius: ut *Sæpes*,  
& *Sæpimentum*.

SALLUSTIUS, lapides plurimi, &  
Horatius: *Salustius*, alii.

106 DE ORTHOGRAPHIA

SALTIM, *Saltem*: ut etiam FURTUM, CAESIM, CURSIM, ex Prisciano, & ex analogia Gulielmus.

SCAENA, lapides plurimi: SCENA, alii lapides: ut etiam OBSCAENUS, OBSCENUS: Utrumque pari auctoritate, sed cum diphthongo melius.

SATIRA, ex Casaubono, Scaligerio: SATURA, ex Diomede: utrumque recte. *Satyra*, vulgus.

SEORSUM, non *Seorsim*, ex Vossio.

SEPTEMTRIO, ex lapidibus: *Septentrio*, ex uno lapide, & consuetudine.

SEPULCRUM, plurimi lapides, & multo plures, quam *Sepulchrum*.

ZMARAGDUS, lapides, Dausquius: *Smaragdus*, vulgus.

SEQUOR, SECUTUS, Victorinus, & lapides: *Sequutus*, alii: Et eodem modo, CONSECUTUS, ADSECUTUS, cetera.

SE SE, SENE, utroque modo & separatim, & conjunctim ex lapidibus, Cellarius.

SESTIUS, patricius homo: SEXTIUS, plebeius, ex lapidibus Capitolinis.

SI-

SIDUS: alii *Syodus*, sed male, Cellarius.

SIGILLATIM, non *Singillatim*, Dausquius.

SILVA, SILVANUS, sine y, ex inscriptionibus.

SIMILLIMUS, Poetarum exemplo, qui producunt.

SIMULACRUM, sine H, Manutius.

SINCERUS, sine Y, libri veteres.

SIQUIDEM conjunctim, quia primam Poetæ corripiunt.

SIRIUS, non *Syrius*, Dausquius.

SOLEMNE, lapides, Vossius: sed plures lapides, SOLLEMNE: alii vero, Solenne.

SOLLERS, libri, & lapides, Manutius: *Selers*, Dausquius.

SOLlicitus, lapides: *Sollicitus*, Festus.

SPALEUM, *Spelæum*, Dausquius.

SQUALOR, *Squallo*, uno L libri, & lapides: *Squaltor*, alii.

STILUS, ex ratione Cellarius: *Stylus* alii, Dausquius.

108 DE ORTHOGRAPHIA

SUBOLES, ex lapidibus: *Soboles*, ex consuetudine.

SUCCE~~N~~SEO, consuetudo: *Suscen-  
fso*, Victorinus, Faernus.

SUBSICIVA, non *Succisiva*, Vof-  
sius, Dausquius.

SUGGILLO, Dausquius: *Sugilo*,  
Lipsius.

SULLA, nummi: *Sylla*, lapides non  
nulli, Cellarius.

SULPHUR, Manutius ex codicibus:  
*Sulfur*, Vossius ex etymologia.

SUMSI, *Sumpsi*; SUMTUM, *Sumptum*:  
ut etiam INSUMSIT, DEMSIT. Marius  
Victorinus per MS & MT, ut etiam  
EMTUM, REDEMTUM: & abjicit illud P,  
consentiente Cellario.

SUPELLEX, ex inscriptionibus, &  
Poetis Manutius: *Suppellex*, in libris  
quibusdam.

SYNODUS, Cellarius: *Synodus*,  
Manutius ex duabus lapidibus.

## T

*Præpositiones.*

**T**RANS, & TRA, ante vocalēs non  
mutantur, TRANSEO, TRANSADI-  
GO, TRANSIGO.

Ante consonantes Cæsar ple-  
rumque integrā servat, TRANSFERRE,  
TRANSFUGERE, TRANSGREDI, TRANSMIT-  
TERE, TRANSPORTARE, TRANSVERSUS,  
TRANSVEHERE: quod alii imitantur. Im-  
mo etiam scribit, TRANSDUCO, TRANS-  
JICIO, TRANSDO: quamvis etiam ali-  
quando, TRADO habeat. Ego, nisi  
raro admodum, hoc est, in iis quæ ex  
consuetudine duriora & insuavia vi-  
dentur, Cæsarem censeo imitandum.

Ante S plerique tollunt, & scri-  
bunt TRANSCENDO, TRANSCRIBO, quia  
mollius sonant. Non est tamen omni-  
no asperum TRANSSCENDO, TRANSSCRI-  
BO, Cellarius. In his tamen, & tri-

110 DE ORTHOGRAPHIA  
bus illis ultimis, aliquid consuetudi-  
ni largiendum videtur.

*Aliæ voces.*

**T**AEDA, Dausquius, Cellarius : *Teda*, alii.

**T**AEDET, lapis, & libri veteres.

**T**AETER, ex libris, & lapidibus,  
Vossius, Manutius, Dausquius : *Teter*,  
alii.

**T**ANTOPERE, *Tanto opere*, Victorius.

**T**AMQUAM, ex analogia : *Tanquam*,  
alii.

**T**AMTUS.

**T**ANDEM, *Tamdem*.

**T**ENTA, Festus, & Asconius.

**T**ENTO, inscriptiones, & Marius  
Victorinus : *Tempo*, alia inscriptio,  
& libri.

**T**ENSA, sine H, Manutius, Dau-  
squius.

**T**ERCENTUM, non *Trecentum*, Ma-  
nutius, Dausquius.

**T**HEODERICUS, *Theodoricus*, ex æ-  
quo lapides.

TI-

TIBERIS , sine Y , inscriptiones ,

Manutius .

TIGRIS , Dausquius .

TINGO , Tinguo : prius ex analo-  
gia Caper , posterius ex usu Manutius .

TIRO , ex inscriptionibus : Tyro ,  
Manutius .

TORUS , libri , & lapides : Tho-  
rus , alii .

TOTIES , ex quodam lapide , &  
euphoniam , Manutius , & Beda : To-  
TIBNS , in non nullis lapidibus , in qui-  
bus hujusmodi adverbia per N ha-  
bentur scripta .

TRÉCENTI , Dausquius .

TRICESIMUS , non Trigesimus , Dau-  
sarius .

TRIUMPHUS , inscriptiones veteres ,  
& libri : TRIUMPUS , alii veteres , & bene .  
Posteriori ævo est etiam Triumfator .

TROPÆUM , sine H , quia ex Græ-  
co venit , Cellarius : interim vulgus ,  
Trophæum .

TUS , Varro , Servius , Priscianus , & libri , Manutius : Thus vero ,

112 DE ORTHOGRAPHIA  
quædam inscriptiones apud Dausquium.

TUSCIA, ex libris, & lapidibus  
Manutius: *Thuscia*, ex aliis inscriptio-  
nibus Dausquiūs.

TUSCULUM, sine H, libri, & lapides.

TONSTRIX, ex antiquis lapidibus  
Manutius: *Tonsrix*, Charisius.

TYRANNUS, Manutius, Dausquiūs.

## V

VALETUDO, non nulli lapides, &  
Horatius: VALITUDO, analogia,  
& libri: utrumque recte scribi potest,  
ex Cellario.

VENEO, pro *vendor*, sine diphthong-  
go, ex inscript. Cellarius.

VERSUS, VERSUM: non *Vorsus*,  
*Vorsum*, aut *Advorsum*, Quintilianus.

VICESIMUS, ex libris melioribus,  
Manut. Dausq. vulgo *Vigesimus*.

VINDICO, non *Vendico*, Manut.  
Dausq. ex Prisciano.

VIRGILIUS, Pierius, Manutius ex  
quo-

quodam monumento: *Vergilius*, *Po-*  
*litianus*.

*UNGO*, quemadmodum *PINGO*,  
*FINGO*, *Velius Longus*, & *Servius*: *Un-*  
*guo*, veteres libri.

*UMQUAM*, quia diximus *Numquam*,  
& ex libris accuratissimis habetur, *Cel-*  
*larius*: *UNQUAM*, aliquæ inscriptiones  
apud *Manutium*: quas non inpro-  
bamus, sed primam præferimus.

*URGEO*, ex *Velio Longo*, & libris:  
*Vrgueo*, alii libri.

*VULCANUS*, ex libris, & quadam  
inscriptione *Cellarius*: *VOLCANUS*, pari  
auctoritate, ex consuetudine *Latino-*  
*rum*, & libris, & lapidibus *Capito-*  
*linis*, *Manutius*.

Habes, Didace frater, quale sit  
nostrum de Orthographia Latina ju-  
dicum. Quod sive probaveris, & exi-  
stimabimus nos aliquid adjumenti pue-  
ris nostris adtulisse, & ad judican-  
dum, & scribendum. Sive non tibi  
omni

omni ex parte placuerit, & integrum  
tibi est tuo potius uti. Saltim, opinor,  
non negabis, nos pueris ipsis indicium  
fecisse fontium illorum, ad quos si,  
nobis monentibus, pervenerint; &  
hæc pauca, quæ protulimus, melius;  
& majora alia, tum & abstrusiorem  
doctrinam cognoscent. Eam qui cu-  
pit, legat Lipsium, Manutium, Vos-  
sium, Willichium, Norisium, Dau-  
squium, Cellarium, Schurzfleischiu-  
sium, ceteros, qui de *Orthographia Latina* accurate disputatione: quo-  
rum vel unus Dausquius tam copiose  
de hoc argumento explicat, ut non  
modo vetus Orthographia, sed ævi  
deterioris mutationes omnes in eo li-  
bro reperiantur. Hæc tamen non ti-  
ronum sunt, sed valentiorum laterum  
selectiora tum ex aliis, tum ex Dau-  
squo corradere, & ad quamlibet vo-  
cem aptare. Nobis hæc pauca adno-  
tasse, satis fuerit. Alios ab eorum le-  
ctione non deterremus: quin immo non  
auctorum modo, quos laudavimus,  
sed

sed monumentorum veterum lectio-  
nem eisdem magnopere suademus.  
Neque vero hæc magno negotio con-  
sequentur, in tanta præsertim scri-  
ptorum copia qui Romanam antiqui-  
tatem inlustrarunt: immo vero lu-  
culenter digesta invenient apud Gru-  
terum, Reinesium, Sponium, Nori-  
sium, Prideauxium, Fabrettum, cete-  
ros, qui *Inscriptiones veteres* summo  
cum labore, nec minori cum laude  
collegerunt, & inlustrarunt. Vel, si  
otium tanta legendi non adest, erit  
in promptu Fletvoodus, qui *Syllogen  
inscriptionum*, ex illis vastæ molis  
operibus concinnavit, & in usum ti-  
ronum edidit. His addant scriptores,  
qui Romanorum numismata recensue-  
runt & explanarunt: quos inter ex-  
cellunt Patinius, Spanhemius, Vail-  
laetius, & Bandurius, qui rem num-  
mariam docte, & luculenter exponunt.  
Sed nimis multa de his, præsertim ad  
te. Accipies igitur hoc munusculum,  
& majora alia exspectabis.

IN-

# I N D E X

## C A P I T U M

*Quæ in hoc libro continentur.*

### P A R S P R I O R.

**D**e Orthographia generatim explicat.

#### C A P U T I.

*D*e littera Majuscula. pag. 8

#### C A P U T I I.

*D*e scribenda J & V consonantibus,  
I & U vocalibus. 21

#### C A P U T I I I.

*D*e Diphthongis. 24

#### C A P U T I I I I.

*D*e Partitione vocabulorum singulo-  
rum. 25

#### C A P U T V.

*D*e Accentibus. 29  
CA-

117

C A P U T V I.

*De Numeris Romanorum.*

31

C A P U T V I I.

*De recta interpungendi ratione.* 33

P A R S A L T E R A

I N Q U I S I T I O N E

*De Latina Orthographia particulatim  
disquiritur.*

C A P U T I.

*De ratione investigandi Orthogra-  
phiam.* 53

C A P U T I I.

*De singularum vocum Orthographia.* 65

Type-

# *Typographus Lectori.*

**S**i quid in hoc libro peccatum est  
 contra præcepta, quæ auctor no-  
 ster tradit, condona, lector humanis-  
 simæ, & auctori gravioribus curis in-  
 pedito; & typothetæ, qui, cum admo-  
 dum festinanter librum typis describe-  
 re cogeretur, singula perpendere non  
 potuit. Quod si aliquod mendum in-  
 veneris (quod in præsentia sagacius  
 odorari non possumus) id tu pro tuo  
 studio & humanitate ad regulas expo-  
 sitas diligenter exige, & corrige. Nos  
 vero pauca quædam, quæ legenti con-  
 tinuo se offerunt, notabimus, si pri-  
 mum mouemus, nos hisce formis U &  
 IJ indiscriminatim, recentiorum more,  
 in hoc libro usos esse, quo vocalem  
 majusculam, in charæctere Romano,  
 exprimeremus: id enim jam longa con-  
 suetudine invaluit, ut altera pro al-  
 tera poneretur. xii. Kal. Decembr.  
 MDCCLXXXVII.


MEN-

<i>Occurrit ali-</i>		
<i>quoties cum</i>		
<i>derivatis suis,</i>	<i>illustro</i>	<i>inlustro, cetera.</i>
<i>Ter aut qua-</i>		
<i>ter,</i>	<i>distinguntur</i>	<i>distinguuntur</i>
Pag. 14. lin. 3. Importunum		Importunum
p. 15. l. 10. equalitatem		æqualitatem
l. 15. importunie		importune
p. 21. l. 12. imperito		inperito
l. 15. tran-seant		trans-eant
p. 36. l. 9. effrænata		effrenata
p. 56. l. 24. ocnlatus		oculatus
p. 58. l. 20. etate		ætate
p. 61. l. 10. lubratas		lucubratas
p. 65. l. 6. cæteras		ceteras
p. 70.	Da-usquius	Dau-squius
p. 76.	Daus-quiuis	Distinguo
p. 79. l. 8. Distingo		REMI
p. 104. l. 9. RHEMI		Ante
fine	ANTE	

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo P. Magistro Sac. Palatii Apostolici.

*F. M. de Rubeis Archiep.  
Tharsi Vicesger.*



IMPRIMATUR.

Fr. Raymundus Palombi Ord. Præd.  
Sac. Theol. Magist., & Rñi P. Sac.  
Palatii Apost. Magist. Socius.



